

devastantem, quia abscondisti faciem tuam à nobis; id est, omnino decrevistis nos delere, non videre miseriam nostram, ut misceraris. Et ALLISISTI, vel liqueficasti, seu resolvisti, nos in manu iniquitatis nostræ; id est, tradidisti nos peccatis nostris, ut illa nos comminerent, resolverent, et omnem virtutem nostram exhaurerent, ut consistere prostris nequeamus, sed sicut cera que liquescit laberemur, et tota republica nostra, regnum, cultus, religio, dignitas, insuper fides, spes, charitas et quicquid virum est, tam animi quam corporis, evanescerent. Has enim vires habet iniquitas in sui auctores, ut si in manus ejus tradantur, sive homines sive integra imperia, brevissimo tempore comminuantur, velut vas testaceum magnâ vi lapidum obrutum: aut certè liquecant et, ut ea que ignis calore dissolvuntur, vires amittant, neque amplius consistant, sed in præcepis labantur. Propter peccatum enim regnum de gente in gentem transfertur; et quicumque peccatum concepit, parit laborem et dolorem. Denique eversiones totius mundi sub Noe, et Sodomorum, et omnes alia per iniquitatis manus evenerunt, abscondente Deo faciem suam et saviente. Quòd si regna in quibus viget iniquitas hodie stare conspici, certò scias nondum tradita esse huic tortori, et adhuc superesse qui Deum teneant. Quòd si 15 pro quando accipias, dolet propheta quòd nemo sit qui Deum teneat, quando iratus abscondit faciem suam, ut iniquitas liberè pervagetur saviente. Scio quidem vocem 17, id est, iniquitas, posse capi pro ipsâ iniquitate pœni; sed sensus idem est. Peccatum enim, si ejus manibus tradamur, intus et extra vastat.

VERS. 8. — ET NUNC PATER NOSTER, etc. Ad commiserationes redit; patrem vocant, id est, auctorem generis; quod *lati et figuli* similitudine explicant, ne velit *opus manuum suarum* sic perire; quæ enim manibus nostris confectus non æquo animo fecerimus si confringantur: nemo enim labores suos non magni facit, et opera etiam ex luto ut filios diligunt homines.

VERS. 9. — SATIS. Ad verbum, *usque valdè*. Duo videtur petere, ne iram multum sinat ex crescere; ne sit valdè magna ira; neque longo tempore iram servet; sequitur enim: *Neque in sempiternum recorderis iniquitatis. Recordari autem iniquitatis est non remittere, punire, etc.* Vulgatus 27 secundo loco pro *ultra* accepit; sed in eo quem explicavi sensu accipiendum est illud *ultra* in Vulgato, id est, *eternam seu longum tempus*. Et (ni fallor) petit propheta ne Judæorum reprobatò eternum daret. Quare esse *Dei populum* commemorat, et per hypotyposin indignissimarum rerum ad commiserationem provocare conatur.

CAPUT LXV.

1. Quæsierunt me qui ante non interrogabant; invenerunt qui non quæsierunt me; dixi: Ecce ego, ecce ego, ad gentem, que non invocabat nomen meum.

2. Expandi manus meas totâ die ad populum incredulum, qui graditur in viâ non bonâ post cogitationes suas;

VERS. 10. — CIVITAS. In Hebr. plurale est, *civitates*; quod de universis civitatibus Judææ intelligit, vel de Sione et Jerosolymâ, de quibus veluti de duabus civitatibus loquitur, ut mox exponit. *SACRIT, vel sanctitatis.* Ita vocabatur Jerosolyma propter templum et cultum; fortè Vulgatus Davidem intellexit.

VERS. 11. — DOMUS SANCTIFICATIONIS, etc., vel sanctitatis quâ Deus sanctè colitur à nobis, et in quâ tota sanctitatis nostræ ratio continetur; propter cultum enim *sanctus* dicebatur ille populus, quia Deum sanctum et ab aliis omnibus separatam sanctis ritibus colebat. Dicebatur etiam *domus decoris*, seu *gloria Israel*, quia hæc unâ re super omnes nationes conspici erat, quòd apud ipsos solos erat templum et cultus veri Dei. Unde quàmdiu templum et cultus stabant, cætera omnia detrimenta æquo animo ferebant. Unde cum eos morere afficere vellet, sæpius minabatur quòd domum illam everteret; nam ex templo et cultu gloriam et honorem tantum aucupabantur. Quare non tam Deum in eâ domo quam seipso colebant. Hoc honore cum impij indigni essent, illo eos expoliabant. Que an conveniant etiam nostræ ætati, qui legit intelligit; non tamen ut impius Eham alios ad ea que ipse viderit conspicienda vocet, sed condolens ipse *consurgere et tenere Deum* conetur. *IN QUO TE LAUDABERUNT, etc.* Etiam parietes intra quos Deus laudatur et colitur magni faciendi sunt, præsertim si à sanctis viris laudes et cultus exhibeantur. *DESIDERABILIA, Expetibilia*, tam privata quam publica, palatia, *domus solatii* (quas vocant) et cætera que appetuntur, *fiunt in siccitatem*; sic enim vocat hebraismus etiam *ignis exactionem*. Vulgatus ad *domos et viros et munitiones* videtur retulisse; sed omnia puto comprehensa, ut Thren. 7: *Dederunt expetibilia sua pro cibo*, et iterum: *Manum suam misit hostis ad omnia expetibilia ejus*; et Joel 3, etc.

VERS. 12. — NUMQUID, etc. Statum rerum Judaicarum videbat Isaias post illam per Titum vastationem; hæc, credo, desolebat, quòd tunc temporis omnia que antea Israel habuerat, tam spiritalia quam temporalia bona, simul corrumpere et interire. Causam itaque coram Deo populi sui agens, ea omnia commemoravit que Deum ad commiserationem flectere posse videbantur. Orationem itaque vehementi percuçatione concludit, quòd vix adhuc possit ut credat quòd in tantis illius populi malis, quem tantopere ab eo dilectum fuisse sciebat, simul cum ablatione cultus sui, dissimulet in sempiternum tam clemens Deus. *Numquid te continebis, Domine? herine potest ut omnino nos perdas?* Sed quid respondeat Dominus, jam audiamus.

CHAPITRE LXV.

1. Ceux qui auparavant ne se mettaient point en peine de me connaître, sont venus vers moi; et ceux qui ne me cherchaient point m'ont trouvé. J'ai dit à une nation qui n'invoquait point mon nom: Me voici, me voici.

2. J'ai étendu mes mains pendant tout le jour vers un peuple incrédule, qui marche dans une voie qui n'est pas bonne, en suivant ses pensées;

3. Populus qui ad iracundiam provocat me ante faciem meam semper; qui immolant in hortis, et sacrificant super lateres:

4. Qui habitant in sepulchris, et in detritis idolorum dominiis; qui comedunt carnem suillam, et jus profanum in vasis eorum:

5. Qui dicunt: Recede à me, non appropinques mihi, quia immundus es: isti funus erunt in furore meo, ignis ardens toto die.

6. Ecce scriptum est coram me; non tacebo, sed reddam et retribuam in sinum eorum.

7. Iniquitates vestras, et iniquitates patrum vestrorum simul, dicit Dominus, qui sacrificaverunt super montes, et super colles exprobraverunt mihi; et remetiatur opus eorum primum in sinu eorum.

8. Hæc dicit Dominus: Quomodo si inveniatur grana in botro, et dicatur: Ne dissipet illud, quoniam benedictus est; sic faciam propter servos meos ut non disperdam totum.

9. Et educam de Jacob semen, et de Judâ possidentem montes meos; et hereditabunt eam electi mei, et servi mei habitabunt ibi.

10. Et erunt campestria in caulis grægum, et vallis Achor in cubile armentorum, populo meo qui requisierunt me.

11. Et vos, qui dereliquistis Dominum, qui oblitus estis montem sanctum meum, qui ponitis Fortunæ mensam, et libatis super eam:

12. Numerabo vos in gladio, et omnes in caede corruetis; pro eo quòd vocavi, et non respondistis; locutus sum, et non audistis; et faciebatis malum in oculis meis, et que nolui, elegistis.

13. Propter hoc hæc dicit Dominus Deus: Ecce servi mei comedent, et vos esurietis; ecce servi mei bibent, et vos sitietis;

14. Ecce servi mei lætabuntur, et vos confundemini; ecce servi mei laudabunt præ exultatione fœdis, et vos clamabitis præ dolore cordis, et præ conitione spiritus ululabitis.

15. Et dimittetis nomen vestrum in juramentum electis meis; et interficiet te Dominus Deus, et servos suos vocabit nomine alio.

16. In quo qui benedictus est super terram, benedicetur in Deo amen: et qui jurat in terrâ, jurabit in Deo amen; quia oblivioni traditæ sunt angustiarum priores, et quia absconditæ sunt ab oculis meis.

17. Ecce enim ego creo caelos novos, et terram novam; et non erunt in memoriâ priora, et non ascendent super eam.

18. Sed gaudebitis et exultabitis usque in sempiternum, in his que ego creo; quia ecce ego creo Jerusalem exultationem, et populum ejus gaudium.

19. Et exultabo in Jerusalem, et gaudebo in populo meo, et non audietur in eo ultra vox fletus et vox clamoris.

20. Non erit ibi amplius infans dierum, et senex qui non implet dies suos; quoniam puer centum annorum morietur, et peccator centum annorum maledictus erit.

3. Vers un peuple qui fait sans cesse devant mes yeux ce qui ne peut que m'irriter; vers ceux qui immolent des hosties dans des jardins, et qui sacrifient sur des autels de brique;

4. Qui habitent dans les sépultures, et qui dorment dans les temples des idoles: qui mangent de la chair de porc, et qui versent dans leurs vases une liqueur profane;

5. Qui disent: Retirez-vous de moi; mais vous approchez pas, parce que vous n'êtes pas purs. Ils deviendront une fumée au jour de ma fureur, un feu qui brûlera toujours.

6. Leur péché est écrit devant mes yeux, je ne me tairai point, mais je le leur rendrai; et je le verserai dans leur sein.

7. Je punirai vos iniquités, dit le Seigneur, et tout ensemble les iniquités de vos pères, qui ont sacrifié sur les montagnes, et qui m'ont déshonoré sur les collines, et je verserai dans votre sein une peine proportionnée à leurs anciens dérèglements.

8. Voici ce que dit le Seigneur: Comme lorsqu'on trouve un beau grain dans une grappe, on dit: Ne le gâtez pas, parce que c'est la bénédiction de Dieu; ainsi, en faveur de mes serviteurs je n'exterminerai pas Israël entièrement;

9. Je ferai sortir une postérité de Jacob, et de Juda celui qui possèdera mes montagnes; ceux que j'ai élus seront les héritiers de cette terre, et mes serviteurs y habiteront.

10. Les campagnes fertiles serviront de parc aux troupeaux, et la vallée d'Achor servira de retraite aux bœufs de mon peuple, de ceux qui m'auront recherché.

11. Mais pour vous, qui avez abandonné le Seigneur, qui avez oublié ma montagne sainte, qui dressiez un autel à la Fortune, et qui y offrez des liqueurs en sacrifice;

12. Je vous ferai passer l'un après l'autre au fil de l'épée, et vous périrez tous dans ce carnage; parce que j'ai appelé, et vous n'avez point répondu; j'ai parlé, et vous n'avez point écouté; vous avez fait le mal devant mes yeux; et vous avez préféré ce que je ne voulais point.

13. C'est pourquoi voici ce que dit le Seigneur Dieu: Mes serviteurs mangeront, et vous souffrirez la faim; mes serviteurs boiront, et vous souffrirez la soif.

14. Mes serviteurs se réjouiront, et vous serez convertis de confusion; mes serviteurs élèveront par des cantiques de louanges, dans le ravissement de leur cœur; et vous calèterez par de grands cris dans l'aigreur de votre âme, et en de tristes hurlements, dans le déchirement de votre esprit;

15. Et vous rendrez votre nom à mes élus un nom d'imprécation: le Seigneur Dieu vous fera périr, et il donnera à ses serviteurs un autre nom.

16. Celui qui sera béni en ce nom sur la terre, sera béni du Dieu de vérité, et celui qui jurera sur la terre jurera au nom du Dieu de vérité, parce qu'alors les anciennes afflictions seront mises en oubli, et elles disparaîtront de devant mes yeux;

17. Car je vais créer de nouveaux cieux et une terre nouvelle; et tout ce qui a été auparavant s'effacera de la mémoire sans qu'il revienne dans l'esprit.

18. Mais vous vous réjouirez, et vous serez éternellement pénétrés de joie dans les choses que je vais créer; parce que je vais rendre Jerusalem une ville d'allégresse, et son peuple un peuple de joie.

19. Et je prendrai mes délices dans Jerusalem, et on n'y entendra plus de voix lamentables ni de tristes cris.

20. On n'y verra point d'enfant qui vive peu de jours, ni de vieillard qui ne remplisse les temps de sa vie, parce que l'enfant ne mourra point qu'il n'ait cent ans, et que le pécheur de cent ans sera maudit.

21. Et ædificabunt domos et habitabunt; et plantabunt vineas, et comedent fructus earum.

22. Non ædificabunt, et alius habitabit; non plantabunt, et alius comedet: secundum enim dies ligni, erunt dies populi mei, et opera manuum eorum invertentur.

23. Electi mei non laborabunt frustra: neque generabunt in conturbatione; quia semen benedictorum Domini est, et nepotes eorum cum eis.

24. Eritque, antequam clament, ego exaudiam; adhuc illis loquentibus, ego audiam.

25. Lupus et agnus pascentur simul, leo et bos comedent paleas: et serpenti pulvis panis ejus; non necubent, neque occident in omni monte sancto meo, dicit Dominus.

COMMENTARIUM.

VERS. 1. — *QUESTERUNT ME*, etc. Dictum fuerat in oratione superiori, quidnam cause esset quod non misereretur, non recordaretur populi sui sancti, etc. Respondet Dominus: Gentes, quæ me neque *querrebant*, neque de me rogabant, neque *interrogabant* quid agere deberent, qui me non consulebant, quibus meam voluntatem per legem aut prophetas non significabam, *me quæsierunt* summo cum studio, ac tandem etiam *invenerunt*; quare me ad illas transiituli. Judæos autem, quos vocabam, *querēbam*, et ad quos *omni tempore manus expandebam*, noherunt attendere; quare illos subito acerrimè et deloco. Hæc his septem primis versibus continentur. QUI NON INTERROGANT. Tantum abest ut me agnoscerent, ut ne de me quidem *interrogarent*. Hæc de genibus dicta interpretatur Paulus Rom. 10, nimirum quando *signum elevatum viderunt*, et clangor tubæ Evangelii ad eos pervenit, tunc *avidè quæsierunt* et *invenerunt*. DIXI: ECCE EGO, etc. Judicavi ex dignitate meâ esse ut eis me offerrem qui, cum me antea ignorassent, tam promptè ad me transibant, et qui meum nomen penitus ignorabant, neque me invocare consueverant, id est, qui mei non erant, neque me pro Domino habebant (servi enim domini suum invocant, et nomen ejus sæpius ore sonant), auditâ tubâ Evangelii antiquam religionem deserebant, et me colere desiderabant. Placet itaque Deo nostro supra quam dici queat promptitudo et animi alacritas ad obediendum et cum invenitandum; istis enim sese negare non potest, sed ad eos se transfert, et totus piis mentibus libens illabitur; siquidem illa imperfecta oratio: *Ecce ego ad gentem*, alacritatem quoque Domini notat, qui alacritati nostræ non se potest continere quin respondeat; idèque arbitror verbum non apponere, ut ad quosvis usus adesse suis intelligatur, et verbum pro votis suppleretur. Illa etiam geminatio: *Ecce ego, ecce ego*, habet nescio quid jactantiæ et provocacionis. Nam jam dudum per Moſen illis dixerat: *Ipsi provocaverunt me in eo qui non est Deus; et ego provocabo eos in eo qui non est populus, et in gente stultâ irritabo eos*.

VERS. 2. — *EXPANDI MANUS*, etc. Opponit obedientiam gentium Judæorum contumacia. *Expansio* verò *manuum* est nihil omittere quod ad captandam attentio-

21. Ils bâtiſont des maisons, et ils les habitent; ils planteront des vignes, et ils en mangeront le fruit.

22. Il ne leur arrivera point de bâtir des maisons et qu'un autre les habite, de planter des vignes, et qu'un autre en mange le fruit, car la vie de mon peuple égale celle des grands arbres, et les ouvrages de leurs mains seront de longue durée.

23. Mes élus ne travailleront point en vain, et ils n'engendreront point d'enfants qui leur causent de la peine, parce qu'ils seront la race bénie du Seigneur, et que leurs petits enfants le seront comme eux.

24. Alors, avant qu'ils crient, je les exaucerai; et lorsqu'ils parleront encore, j'en ai accordé.

25. Le loup et l'agneau iront paître ensemble; le lion et le bœuf mangeront la paille, et la poussière sera la nourriture du serpent; ils ne nuiront point, et ils ne tuent point, sur toute ma montagne sainte, dit le Seigneur.

nem faceret; vocationem autem per Christum et discipulos suos intellige. Adde, quod reverè in cruce manus quoque *expansus* habuit, ut quàm paratus esset ad eos suscipiendos etiam moriens et ab eis occisus, inmeret. In hæc ferè sententiâ dixerat Salomon: *Quia vocavi, et remansit; expandi manus meas, neque fuit qui aspiceret*, etc. TOTA DIE, vel *omni die*, id est, per multum temporis. INCREDEULI. Paulus ex versione Septuaginta duabus vocibus reddidit unam Hebræam *sorer*, nempe *non credentem et contradicentem*; unâ voce *contumacem*, seu *immorigerum*, seu *intractabilem* dicere possumus. POST COGITATIONES SÆAS. *Makeschabah*, non simplicem cogitationem tantum notat, sed etiam *discursus* et *ratiocinationes*, adeoque et *opiniones*. Ex si nostræ sint et ex nobis orientur, sæpiusimè noxiæ et falsæ sunt, aut saltem inutiles. Hæc persequi stultum est; nam est juxta carnis sapientiam vitam instituere, aut spiritus hujus mundi duci. Judæi autem sub Christo intractabiles supra modum fuerunt, neque aliud quàm *cordium suorum sensu* sequebantur.

VERS. 5. — *ANTE FACIEM MEAM*. Coram et in facie me conviciis impetit, et ad iracundiam provocat. Sunt qui hæc ad tempora Christi referre non audent propter ea quæ sequuntur; nam Judæi tunc temporis non erant dediti idololatriæ; sed ego non uno loco supra ostendi, Spiritum sanctum datâ operâ tempora Christi his rerum circumstantiis obterege voluisse. Nam qui essent animo pio et fideli, istis aut non impediuntur, si non ea intelligerent; si verò intelligerent, majorem ex obscuritate caperent fructum; increduli verò et impii indigni erant quibus sua sensa Spiritus sanctus aperiret. Itaque hæc omnia quæ sequuntur, quæ idololatriam sapere videntur, figuratè dicta accipio; nam tametsi in *hortis* non *jugularent* *victimias* Pharisei et sacerdotes; nihilominus magnâ cum voluptate diis suis, videlicet quæstui et gloriæ serviebant, umbrarum et nemorum amicissimi, qui volebant magis tenebras quàm lucem. SACRIFICANT *SUPER LATERES*, vel *suffunt*. Nunc suffutui deservunt vascula argentea apud divites, apud alios verò testacea; apta enim sunt ad incendendos odores, quæ nullum ex se odorem vi ignis reddere possunt, neque

etiam aduri. Quare olim *super lateres* suffiebant, et odoriferæ adolebant.

VERS. 4. — *QUI HABITANT*, vel *sedent*, id est, commorantur. Vide Hieronymum hoc loco de consuetudine idololatrarum, quò pacto ad excipienda somnia apud deorum fana cubabant; ubi etiam mentionem facit de sepulchris et cineribus martyrum, eorumque cinerum virtute, et orationibus quas fideles solebant apud martyrum cineres fundere; quæ quia, inquit, diabolus ferre non poterat, hæreticos instigavit qui basilicas martyrum declinandas docerent. Quæ verba Hieronymi possent Lutheranis pudorem conciliare, intelligentibus cujus sit inventum corpora sanctorum villipendere, et orationes in eorum memoriam fusas damnare; et quòd hoc sentire sit ab apostolica Ecclesiâ dissentire. Ceterum Pharisei et sacerdotes sub Christo etiam ad *delubra* pro somniis non accurrerunt, inter *sepulchra* tamen commorabantur; imò ipsi *sepulchra* erant plena omni immunditiâ, ut est in Evangelio. *Sedere ergo inter sepulchra*, hoc loco est hypocritarum moribus gaudere, qui extra ornantur, intus autem pleni sunt dolo et avaritiâ, etc. IN *DELEBRIS* *IDOLORUM*. Unica vox est in Hebræo, *netsurim*, de qua voce capite primo dictum est. Significat autem *loca abominosa et tetra*, à quibus *præservare nosmet ipsos solemus præ metu*; à *naturis*, id est, *servavit, observavit se vel rem*, etc. Vulgatus sensum reddidit. Continent autem ipsa simplicia verba rei indignitatem, ut audent homines pernoctare in locis teterrimis, et quæ adire nocti sine horrore nemo posset. Pharisei quoque ad horrendis facinoribus non abhorrebant. QUI *COMEDUNT CARNEM SULLAM*. Hic omnes transgressiones legis intellige. Juxta. In lege prohibitum erat ne quidquam in alterum diem ex sacrificio relinqueretur, præsertim ex sacrificio quod Vulgatus *pacificorum* vocat; quòd si in tertium usque diem servaretur, esset *pigul*, id est, *inquinatio*, seu *inquinamentum*. Vide Levit. 7 et 19, et Ezech. 4. Est autem vox hæc à verbo *phalag*, transpositis litteris, quasi esset *divisum seu separatum ab usu*, tanquam res quæ *inquinare* posset. Quare sic verti locus aptè poterit: *Edulium inquinatum vas eorum*, quòd in vasculis et utensilibus eorum reperiretur edulia contra Legem, in tertium usque diem reservata, quòd juxta Legem nequaquam licitum erat; et qui ex eo vesceretur, *iniquitatem suam portaret* necesse erat. Per hæc, ut dixi, universæ Legis transgressiones significantur. Pharisei autem immundi erant, et ab eis quæ verò *coinquabant hominem* nequaquam abstinebant. Vide Matth. 15.

VERS. 5. — *RECEDERE A ME*. Ad verbum, *appropinqua ad te*, et *ne accedas mecum*, vel *in me*; hebraismus doctè vitavit interpret. *QUI IMMUNDUS ES*. Hebr., *sanctificavi te*; cujus sensum doctissime reddidit Vulgatus. Nam Hebræis immundi quoque et impurissimi homines *kedaschim* dicuntur, et profana mulier *hadesch* significatione voci contrariâ, quòd nihil minus quàm *sanctitatem* habeant. Deut. 25, Job. 56, 2 Reg. 25, Genes. 55, etc. Ita etiam accepit propheta verbum,

sanctificavi te, id est, impurum te reputo; cum, inquit, *sint ipsi impurissimi, et inquinamenta comedant*, etc., se tamen pro justis et sanctis haberi volunt, et alios tanquam *immundos* à se abigunt. Qui isti erant nisi impurissimi Pharisei, qui Christum et discipulos reprehendebant quòd cum *publicanis et peccatoribus comederent*? Annon isti se *justos existimabant, et aspernabantur cæteros*? Quòd si cui durum nimis videatur hæc quæ hic commemorantur scelera ad Christi tempora referre, non repugno, modò hæc de populo dicta accipiat, ex quo erant Pharisei et alii quibuscum negotium Christo erat, qui patres suos sceleribus superabant; existimetque commemorare prophetam iniquitates patrum, quæ jam suo tempore vigeabant; filiorum autem, sub quibus fuit reprobatio, non nisi in genere mentionem facere, quod vers. 7 propheta insinuat. ISTI *FUMUS*, et *Hujusmodi homines scelerati ignibus trahentur sempiternis*.

VERS. 6. — *ECCE SCRIPTUM EST*. In numerato sunt hominum scelera, et quæ quisque pro eis passurus sit apud Deum, sicut est apud Moſen: (Nonne hæc abscondita sunt apud me, et signata in thesauris «meis? ego retribuam eis in tempore; nam mea est ultio.» Ad hæc locum hic alludit Isaias. NON *TACEBO*, vel *cessabo*. Quid autem reddidit sit, explicat sequenti versu, mutatâ tertiâ in secundam personam; et verbum *reddam* cum nomine *iniquitatum* construendum est.

VERS. 7. — *INIQUITATES VESTRAS*, etc. Dicuntur *filii penam iniquitatum patrum suorum recipere*, non quòd patres penam careant pro suis sceleribus, et filii pro eis puniantur; sed cum propter iniquitates patrum et filiorum dignum visum est apud Deum aliquod reatum aut republicam perdere, quia patres jam vitâ functi malum illud non sentiunt, filii autem illud experientur, dicuntur *filii penas scelerum paternorum luere*; et hoc est, *adimpletas esse iniquitates Amorrhæorum*. Neque enim si qui tempore Moſis superstitis erant in Palestinâ, primi fuissent illius regionis peccatores, exuti fuissent possessione et regno suo; sed cum præcessissent scelera patrum, *quæ signata* habebat Deus, et filii imitarentur iniquitates patrum, *numerus iniquitatum completus est*, ob quas juxta Dei sapientiam et justitiam digni erant ut exterminarentur. Nam etsi non credendum sit certum quendam esse numerum peccatorum, ad quem cum quis pervenerit converti ad Deum non possit; est tamen certus numerus et certa mensura peccatorum, quæ cum impletur, regna et imperia evertuntur; neque valent ex lege (si loquuntur theologii scholastici) diutius consistere. De singulis autem illius regni hominibus asserendum est, quòd quamdiu in vivis agunt, in gratiam cum Deo redire et salvari possunt. SIMUL. Judæi enim exterminati sunt et regno expulsi in omnes gentes propter scelera omnia quæ ab egressu ex *Ægypto* usque ad illud tempus commiserunt; et *venit super ipsos universus sanguis justus qui effusus est à sanguine Abel justus usque ad sanguinem Zachariæ*, etc., id est, à primo justo quem occiderunt patres vestri usque ad

ultimum. Ut hinc forte pertineat illud quod Dominus Mosi dixit, post vituli adorationem dimisso jam peccato, et placatus precibus Moysi: *Ego autem in die ultionis visitabo et hoc peccatum eorum*; et illud Exod. 32: *Ego retribuam eis in tempore*; et hoc est quod sequitur: *METIAR OPES EORUM PRIMUM*, id est, antiquum; et ad illum locum Exodi tuto alludi, quod illud antiquum scelus intelligi, simul et alia antiqua scelera. IN SINU EORUM, vel *super sinum*; metaphora sumpta est à consuetudine feminarum, quae plurima sinu excipiunt; vel quia quæ in sinu habere dicuntur in tuto habere putamus, ut quæ brachiis complecti et tueri possimus. Hinc tam præmi et gloriæ portionem quam perpetuo possidebimus (ut est in Evangelio, *mensuram bonam, etc., dabunt in sinu vestros*) quam etiam retributiones pro iniquitate, quæ ab impiis non recedunt, in *sinu dani* dicit Scriptura, ut hoc loco videtur, etc.

VERS. 8. — QUOMODÒ SI INVENIATUR GRANUM, etc. Non semel in oratione dixerat Isaias, *omnes velut immundos esse, et omnes perire*, etc. Objecerat quoque patrum priscorum merita; his nunc respondet Dominus, coherentem cum præcedentibus oratio, hoc pacto: *Etiamsi dicam quòd dabunt penas Judei suorum scelorum et antiquorum, nequaquam tamen omnes delebo. GRANUM, thiroch, mustum, seu uva succum notat; et in locis in quibus reperitur vox hæc, succum uve videbis significare. Si quis tamen pro granis uvarum accipiat cum Vulgato, seu uva, non damno; quasi veli significare tantam futuram electorum raritatem, ut magni faciendum sit unum aut alterum respire; ut si in maxima uvarum penuria quis vellet dissipare botrum in quo esset nonnulla grana, et ei diceretur: *Ne dissipas, est enim benedictio in eo, etc.* Et hic est sensus Vulgatæ editionis hanc contemendus. Si autem pro musto accipias, planus quoque erit sensus; nam cum quis vult excindere botrum ad comedendum, vel ad alios usus, si plurimum succi habere videtur, solet ei dici: *Ne excindas, nam in eo est benedictio*, id est, plurimum succi; indignum est ut huiusmodi botrus pereat, etc. Quid hæc similitudine sibi velit Dominus, ipse aperit. SIC FACIAM PROPTER SERVOS MEOS, etc. Propter patres, quorum apud me pretiosa est memoria, qui apud me vivunt, et quibus generis perpetuitatem pollicens sum, non excindam, non perdam funditus totam Israelen. Nam nonnullis, quos plurimum succi habere video, ut torcularia mea implere possint, conservabo; steriles et aridos palmites excindam, et in ignem mittam; eos verò qui pleni musto erunt, pleni benedictione Domini, qui inebriare universam terram potentes erunt, et succo suo lactificare Deum et homines, non sinam interire, sed ut charissimos filios protegam. Isti sunt semen qui benedixit Dominus, quos in discessu suo benedixit Dominus Jesus, quos induit virtute ex alto, super quos divitias bonitatis suæ effudit, qui abundè Spiritu sancto pleni fuerunt, qui denique putabant ebrii, sed, ut Petrus ostendit, non à musto. Quid apertius dici potuit? quibus verbis magis commendari fecunditas*

ex divinâ largitate? Disce, christiane lector, quinam sint dilecti Deo, et quorum rationem habeat, ne cum impiis pereant; illi nimirum qui succo divino impleantur, qui cælesti virtute proficiunt, et alii utiles esse possunt: rejicitur siccitas, damnatur sterilitas, et maledictioni proxima est tellus quæ præ benedictione Domini non refert fructum, illi denique in quos beneficia Domini malè collocantur.

VERS. 9. — EDUCAM, etc. *Exire faciam*. Non in universum genus Jacob interibit; nam ex Jacobitis nascuntur in quibus omnes promissiones patribus factæ abundè adimpleantur. Dixit autem, ex Jacob et ex Jehuda, vel propter utrumque regnum, et necesse tribum, quod Jacob seu Israel dicebatur, et regnum Jehuda; nam ex utrisque electi sunt discipuli Domini; vel Judam nominavit propter Dominum Jesum qui ex Judâ orturus erat, cujus erat regnum et hereditas, ut est in benedictionibus Jacob. MONTES MEOS. Aliis motionibus potest esse singulare, montem meum, id est, montem Sionis, montem in quo erat templum. Hæc autem et quæ sequuntur figuratè accipienda sunt, pro illis videlicet rebus quæ pro montem illum significabantur; si verò, ut omnes legunt, montes legas, certè per eos ipsam Jerosolyman quæ in montibus sita erat intelligit, et per ipsam alteram Jerusalem novam, de qua infra, vers. 18 et 19, undè mox relativum femininum sequitur. *Hæreditabunt eam*. Perinde enim fuit montes dixisse, atque, in montibus sitam Jerosolyman; per antonomasiam enim montes pro illis montibus accipiuntur.

VERS. 10. — CAMPESTRIA. Nomen est proprium *צפון* regionis cujusdam, quæ Joppem et Lyddam usque protendebatur, fertilissima et pascuis prædita uberrimis; quam puto vulgò *campestem* dicant, sicut hodie in nonnullis provinciis video appellari *campestem* in Italiâ et Galliâ, et *terram camporum* in Hispaniâ; ut non mirum sit quòd Hieronymus, qui ea loca optime noverat, nunc proprium nomen *Saron* servet, nunc *campestria* dicat. Alteram quoque vallem armentis deputat prope Jericho, quæ etiam, sicut altera, quasi proverbialiter tunc temporis celebrabatur. Quibus significatur summa pax; nam belli tempore armenta et pecora ad montana transire faciunt, ne hostilibus sint prædæ; amenissima enim valles statim ab hostibus occupantur. *צפון* autem est vallis in tribu Jehuda, Jos. 15, ad septentrionem Jerico, hanc præcè à Gaggal, à tumultu et turbatione populi Israelitici habens appellationem potius quam ab Achan sacriligo qui ibi lapidatus fuit, Jos. 7, quanquam idem Achan Achor quoque dicitur, 1 Paral. 2: *Filii Carmi Achor, qui turbabat Israelen cum prævaricaretur cum anathemate*. Crediderim ego, qui antea dicebatur Achan, post illam turbationem dictum Achor propter vicinitatem nominum ad eventum; unde ad nomen alludens Josue dixit ei: *Quia turbasti nos, turbet te Jehova in die hæc*. Significatur autem istis omnium rerum abundantia quibus fructuri erant electi post adventum Domini. Si enim armenta et pecudes servorum Dei benè habebunt, quantò magis ipsi? POPULO MEO, QUI REQUISIERUNT

NE, Dicebam, inquit, transisse me ad gentem qua me antea non quaeserat; quaesivit autem mox ut audivit; ideòque me rejecisse populum immorigerum. Id quidem pro majori parte dictum accipe; nam si qui ex populo meo me quaesierint, omnibus istis bonis perfruentur. Hic factus quod ait Apostolus: *Gloria et felicitas in omnem animam hominis operantis bonum, Judæi primum, atque Græci, etc.*

VERS. 11. — ET VOS QUI RELIQUISTIS, etc., vel et vos *irelictores*, seu *desertores Jehova*, id est, qui pro more habetis Deum deserere, etc. Et OBLIVISCIMINI. Non solum transgrediendo Legem Deum deserere, sed cultum quoque contemnebant, moribus et fide perversi. Intellige autem per hæc antiqua scelera alia illis similia quæ tempore Christi patrabant. QUI FONITIS, vel *disponitis, instruitis*. FORTUNE; *Ta est excursor*. Sic Martem vocabant, sidus à quo putabatur gentes pendere rei helicæ fortunæ. Et LIBATIS SUPER EAM. *Vulgatus lamenti* pro præpositione accepit, et nihil de eâ re in commentariis dixit, nisi quòd Symmachus interpretatus sit *abique me*. Ego puto eos *meni* appellasse planetam quem astrologi *Mercurium* vocant à *suptatione*, cui libabant ut in negotiationibus feliciores essent. Nam eadem etiam hodie vim ac divinam quandam potentiam adscribunt in illos qui eo horoscopo seu ascendente, aut aliâ duodecim domorum seiciter posito nascuntur, quò sint in negotiationibus cæteris multò feliciores. Docti inter Hebræos pro numero accipiunt, et nomen stellarum supplent. Sed nihil ad rem: si enim *Ecce* supplere quæ quisque voluit, quot Scripturas haberemus pro una? Sed nostros magis temeror qui illos sequuntur. Pagninus hic pro *gad, exercitum cæli* in quâdam editione sua ponit, et pro *meni, planetas*. Judicet prudens lector. Ad verbum: *Impletis ipsi meni infusionem, seu poculum*, illi videlicet libantes, et libamina offerentes. Hæc autem significabant, Judæos eventus bellorum et pacis astris solere adscribere potius quam Deo, secutos gentium judicium. Vide apud Hieronymum de ritibus illis mensæ instructæ, quos ab *Ægyptiis* mutuati fuerant.

VERS. 12. — NUMERABO VOS IN GLADIO. Cùm nomen *meni* à *manah*, id est, *suptavit*, dicitur, et interdum *deputare* seu *designare* designet, alludens ad ipsum nomen planetæ eodem verbo usus ait: *Deputabo vos gladio, vel suptabo vos gladio, ut lamed* pro *in* accipiat. *Numerabo vos ad gladium*, id est, ad gladii numerationem. Per *gladium* autem et *mactationem* omnis generis supplicia intelligit. Pro eo quod vocavi. Hæc superioribus et etiam inferioribus annecti possunt: sive autem hoc vel illo modo accipias, *vocari, et non respondere, loquentemque Deum nolle auscultare* possunt pro mensæ instructione et libaminibus; nec enim in illis intelligi obscurè volebat. Propter ergo contumaciam duritiemque cordis, propter incredulitatem et contradictionem numerati sunt gladio, etc.

VERS. 13, 14. — PROPTER HOC, etc. Propter ea quæ precesserunt paulò ante, quorundam videlicet

obedientiam et aiorum contumaciam, etc. SERVI MEI. Ex vobis israelitis comedent bibent, letabuntur, orabunt, id est, omnibus bonis tam corporis quam animi perfruentur (quod in discipulis Domini impletum scimus); cæteris autem, qui *aut ex mendacio, credunt aut iniquitatis, ira et omne malum, quæ per curiam, sitim, pudorem, dolorem atque ululatum* significantur, quod totus mundus in incredulis Judæis impletum novit. PÆ EXULTATIONE CORDIS. Hebr., *præ bono cordis*. Esther 1: *Cùm bonum esset cor regis, id est, bilare. CONTRITIONE SPIRITUS, Hebr. fractura. Est autem fractura seu contritio spiritus seu cordis Hebræis, quando rebus desperatis animus succumbit: unde abque ullâ consolatione in lamentabilis ejulatus prorumpit.*

VERS. 15. — IN JURAMENTUM; *schebna* dicit Hieronymus variato accentu plura significare. Accentus autem appellabat motiones vocales, quæ juxta sententiæ exigentiam docti apponebant; hinc factum est ut hoc loco Septuaginta pro *austritate* acceperint, ut supra hæc vox accipitur, cap. 25 et 36. Libera erat punctorum seu accentuum additio, quod sæpè admodum soleo in defensionem veteris interpretis. Sicut autem verbum *mischeba, jurare, et adjurare* notat, ita quoque videtur nomen pro *adjuratione* accipi. Genes. 24: *Eris vacuus à juramento meo, non teneberis adjuratione, etc.* Sic nomen *Judæorum* juramenti et adjurationibus servire consuevit. *Sic mihi contingit ut contigit Judæis, etc.*, in quem usum nobis sunt nomina rerum abominabilium. Quare abominationi et horrori futurum Judæorum nomen hic significatur; cujus rei omnes nationes testes sunt. ET INTERIFICIET TE, ET VOCABIT, id est: Interfecto te vocabit: non imponet nomen tuum electis suis, licet ita vocari merito possint veri *Israelitæ, et semen Abrahæ*, ut Paulus satis luculenter ostendit, sed alio nomine eos vocabit, vel (juxta proprietatem Hebræi sermonis) aliud nomen imponet: quod optime Hieronymus interpretatur de nomine *Christianorum*; et sic intelligendum esse locum quæ sequuntur ostendunt, si ritè expendantur. Dignum quippe erat ut hoc quoque à prophetis prædiceretur, quòd à nomine Filii Dei et Dei veri populus nominandus esset, non ab homine quopiam Israele, Jehnda, etc., ut olim; ut vel ex ipso nomine appareret quòd esset Dei populus. Neque æquo animo feram alios hoc loco tropos mihi inferri; sine tropis enim interdum loquuntur et propheta; unde sequitur:

VERS. 16. — Ix geo, etc. Hic locus vaide insignis est, et rem christianam mirum in modum illustrat; divinitatem enim Christi Domini mihi apertè testat: videtur; quare optarem in huiusmodi locis plurimos ex nostris mentis Hebræis confidere. Verba itaque pensemus, ut sensum tandem verum eliciamus *ascher*; si non essent infiniti penè loci in quibus in relativo *ascher* intelligitur præpositio quam verbum exigit, illis fortè acquiescerem qui dicunt illud, *in quo, Vulgatum* interpretem de suo addidisse; quamvis neque id libenter illis darem: nam vicem relativi

qui, juxta grammaticas Hebraeae regulam et Scripturæ consuetudinem, supplet *he* participio appositu, quod mox sequitur; adeo ut sine *asher* vertendus esset locus: *Qui benedictus est*, aut, *qui se benedixit*, *hamihiebbarec*. Quorsum ergo additur *asher*? Certè oporteret qui Vulgatum interpretem flagellant, interdum oculatos esse. Arbitror ergo cum Vulgato legendum esse, in quo, et esse sermonem de christiano nomine, in hunc modum: *Qui se, vel sibi, in illo nomine altero benedixit*, id est, qui sibi bonum aliquod in Christi nomine imprecatus fuerit, is certè in nomine Dei, qui fidelis est et prestare potest quod petitur, seipsum benedixit. Quo circumloquio Christum verum Deum esse affirmat; quò etiam facit quod sequitur: *Et qui juraverit*; ubi repetendum est, in quo: *In quo etiam nomine qui juraverit, in Deo jurabit, qui verax est*, et rata habet juramenta quæ in nomine suo fiunt. Qui ergo dixerit: *Salvet me Christus*, vel quid simile, sese benedixit in Dei nomine; et qui per Christum juraverit, per Deum jurat. In benedictionibus enim et juramentis nomen veri Dei usurpare solemus. Neque mireris quòd pro Deo Amen dixerim Deum veritatis; est enim vox Hebraea in regimine, ut amen nominaliter accipi necesse sit, ac si dicas: *In Deo ipseus amen*; in Deo cuius est fides, veritas et firmitudo, etc., in Deo, quem cum deprecamur, responderi solet Amen, tanquam quem sciamus potentem esse donare quod petimus; in Deo, quem cum laudamus, et ei fortitudinem, potentiam, sapientiam, æternitatem, etc., tribuimus, respondetur Amen, tanquam is omninò dignissimus sit cui hæc omnia tribuantur. Fictitii autem dii non sunt dii Amen, qui nihil possunt, et vanitas sunt. Ut ergo aliquo modo redderem regimen vocum Hebraicarum, dixi Deum veritatis. Quare et Septuaginta Deum verum dixerunt, et in Apocalypsi dicitur: *Procurberunt in conspectu throni in facies suas, dicentes: Amen. Benedictio, et charitas, et sapientia, etc.*, ubi quasi nominaliter manifestè ponitur. Quare ad hunc locum respexisse crediderim Apostolum 2 Cor. 1, cum ait: *Dei enim filius Jesus Christus, qui in vobis per nos predicatus est, etc. Non fuit vxi xxi* (id est, etiam et non) *sed vxi in ipso fuit. Quotquot enim (sunt) promissiones Dei per ipsum vxi, et per ipsum Amen Deo ad gloriam per nos*. Ubi significat non levem fuisse, non varium et inconstantem, sed eundem semper, et omnes promissiones in ipso complendas constanti atque invariati ratione; hoc est enim promissiones esse in Christo, vxi, et Amen. Et Amen quidem Hebraeis non tantum est optantis, sed etiam factum ratiua habentis et confirmantis. Quòd si verbum *nischeba* hoc loco non pro *jurare*, sed *adjuvare* accipiamus, fortè aptior erit sententia, quòd qui in benedictionibus et adjurationibus, id est, mala aut bona imprecatus, Christi nomen usurpaverit, ut *Christus me salvet*, vel *Christus me perdat*, si hoc fecerim, vel *illud*, etc., Deum Amen putandus erit nominasse, qui ratam habeat benedictionem vel maledictionem. Commendat itaque hæc Christi nomen, et nomen

Dei esse convincunt: et augustior est hæc interpretatio quam eorum qui dicunt, nihil aliud hic haberi quam quòd tempore Christi jurabant in nomine Dei, et non falsorum deorum. Quod etsi sciam alibi etiam promitti, inter tam magnificas promissiones non aptè hæc collocari videtur. Quia autem locus hic adversus Judeos facit pro divinitate Messiae, rabini ita interpretantur ac si non esset initio versus relativum; quos omnes ferè ex nostris inconsideratè sequuntur. Exempla autem in quibus in *asher* suppletur præpositio apta constructionis, aut etiam in quibus participia præposita *he* exigunt per relativum reddi, adeò pervia sunt ut supervacaneum duxerim ea afferre. Qui verò illud, *In quo*, excludunt, et nihilominus in Deo Amen de Christo interpretantur, ni fallor, Judeis nostra ridendi occasionem præbent. IN TERRA. More Hebraeorum additur per pleonasmum. ANGSTIÆ PRIORES. Non hic pressuras aut calamitates, neque etiam peccata intelligit, sed Leges et legalium angustias per contemptum; unde non absconditas ab oculis hominum, sed ab oculis Dei, dicit textus Hebraicus, quasi non ultra à suis exigere deberet legalium observantiam, neque ritus illius benedictionum et aliarum rerum qui in lege proscripti erant certis ac definitis verbis; sed quisque seipsum aut sibi ipsi in nomine Christi posset singulis momentis benedicere; est enim Deus hominibus admodum familiaris, qui *ditissimus* est in omnes qui eum invocant; rate sunt sub Christo preces, et benedictionibus in nomine Christi factis largiter respondet Dominus; est enim Christus Deus Amen. Hoc illud est: *Quidquid petieritis Patrem in nomine meo, dabit vobis*. Olim dicebant: *De rore caeli et de pinguedine terræ sit benedictio tua*; bona terræ sibi invicem optabant homines; et secum bene actum existimabant, si terra illis lac et mel proferret, et huiusmodi peritura bona germinaret. Istæ priores angustiae oblivioni traditæ sunt, amplissimus campus est; quicumque super terram agens poterit sibi imprecari regnum cælorum et æterna bona, et rata erunt benedictiones et vota ejus; quia Christus est Deus Amen. Neque huic interpretationi nominis *Israhel* repugnat usus; nam de locis angustis dicitur, et Paulus angustiam rei familiaris et penuriam ita quoque appellat 2 Cor. 8: *Non ut aliis sit relaxatio, vobis autem angustia*. Ergo libertatem à legalibus et largitatem, abundantiam seu exuberantiam bonorum verorum sub Christo locus hic continet; atque ita optimè convenit quòd sequitur.

VERS. 17. — ECCE ENIM, etc. Ne miremini quòd dixerim oblivioni tradendas angustias priores, et multò ampliora Christianos habituros quam olim habuerunt Judæi; decrevi enim novum orbem condere: hoc enim per caelos intelligitur in Scripturis. Regnum itaque Christi est novus mundus, multò augustior, multò pulchrior, infinitis partibus isto quem cernimus amplior atque ornator. Siquidem si mundus hic visibilis millies tantum cresceret, adhuc ipsum caperet novus hic orbis. Facile fuerit singula singulis conferre, quòd omitto facere, ne mensuram et leges

commentariorum transgrediar; hoc tamen non silebo, quòd quantò æterna temporariis, spiritalia corporeis, divina humanis præstantiora sunt, tantò novus mundus visibili huic præstat. Adde, quòd ipsa quoque visibilia novi mundi, quæ in mundo hoc sunt præstantissima, longè superant dignitate et gloria. Annon pulchriores et digniores Paulus et Petrus luna et sol? annon præstaret mundum tenebris involvi quàm doctrinæ istorum hominum luce carere? Quid singula prosequor? Meritò sequitur: *Non erunt in memoriâ priora, neque super cor ascendent*. Qui enim gustaverint dona caelestia, universa hæc visibilia parvi facient, neque eorum desiderio tenebuntur. Hoc enim est in memoriâ non venire. Nam qui biberit ex aquâ quam Christus dat, non sitiet in æternum. De his qui sapiunt est sermo; neque enim stultorum, cum de rebus his agitur, habenda est ratio.

VERS. 18. — GAUDEBITIS, etc. Parvi refert quòd in Hebr. est tertia persona. Exponit ergo quid sit, non venire in memoriâ priora, id est, magis, magisque gaudere et exultare super novis creaturis; illa enim geminatio *ade* ad valet *ultra, ultra*, id est, assidue magis, in dies magis. Qui autem novis in dies magis gaudet, vetera in dies magis obliviscitur, minusque in dies appetit. Ad hunc, credo, locum respiciens Paulus ait: *Quæ retrò sunt obliviscens, ad anteriora extendo me*. Hæc est autem natura verorum bonorum, ut eorum amor, æstimatio et voluptas non minuat tempore, sed magis magisque proficiat; visibilibus autem non item, sed quotidie magis fastidio est; circumscripta enim admodum est eorum perfectio et natura. Unde cum animus hominis semper ad ulterius procedendum atque proficiendum natus terminos reperit, affligi solet. Vera autem bona Deum in se continent, quem quòd diutius et vehementius amaveris, magis magisque amare optabis, eoque frui appetes, nunquam satiatus aut ullis limitibus impeditus. CREO JERUSALEM, etc. Quid fiet de Jerusalem? perpetuè jacebit desolata? aliòne transferetur gaudium servorum Dei? Vehementer enim doluerat in oratione Isaias super Jerusalem. Propiterea nunc subdit, quòd simul cum novo caelo et terrâ *Jerusalem crearet*, quæ esset exultatio, et populus ejus gaudium, id est, in quâ perpetua esset exultatio. Nam Apostollis ipsis dixit Dominus et cæteris omnibus electis, quòd *gaudium eorum nemo ab ipsis tolleret*; quia ejusmodi est electorum gaudium ut ab eis auferri non possit; nam ea de quibus gaudent potestati humanæ non sunt subjecta. Quare non necesse est ad gaudia supernæ patriæ confugere, quò hæc vera esse ostendamus.

VERS. 19. — EXULTABO IN JERUSALEM. Dixerat in oratione, ne perpetuò irasci vellet; respondet, quòd non solum *populus gaudet*, sed ipse quoque in eâ exultaret; neque in illam indignaretur, ita ut eos qui eam incoherenter faceret flere et ejulare, seu exclamare; non potest enim abjicere Christus Ecclesiam suam, nam *corpus ipsius est*. Peribunt quidem multi et deficient multi; sed semper corpus Christi inte-

grum est, et erunt semper qui verè gaudent. Deslere autem alios non excludit verum gaudium; nam ubi est bona conscientia, ibi gaudium est et quasi *juge convivium*, ut est apud Salomonem; at bona conscientia non est sine aliorum misericordiâ, pietate, alisque multis affectibus quos gignit charitas; nam, ut inquit Prosper, *in hæc vitâ non rectè vivitur, si non timeat quisque, aut caveat, ne aut ipse quando mortalitate vivit, aut alius quem in Christo diligat, fide suâ deficiat*; si neque de suo neque de proximi sui peccato contristet, nec doleat, de profectu lætetur aut gaudeat; si nihil boni velit aut cupiat; non solum, inquit, rectè non vivet, sed etiam sensum ipsius humanitatis amisit. Non igitur isti affectus verum gaudium auferunt, si sine ipsis bona conscientia seu recta vita constare non potest. Est itaque in Ecclesiâ sempiternum gaudium, quia bona ejus æterna sunt; neque pro ablatione eorum unquam in eâ vox fletus audietur, aut pro ipsis civitatis eversione; æterna enim est, quia Deus æternus est, qui in eâ exultat, et gaudet; quòd gaudium etiam nemo auferre potest.

VERS. 20. — NON ERIT IBI, *mischam, indè*, id est, non indè exhibit infans dierum; non immaturâ morte rapientur parvuli, qui paucos dies vixerunt, neque etiam indè efflueret senex, qui dies suos non impleverit. Parvuli antequàm ad perfectam ætatem perveniant, non moriuntur; neque qui jam canescere incipiunt, indè exhibit aut ad tumulum efflueret antequàm ad decrepitan ætatem perveniat. QUIA PTER, etc. Exponit quòd dixerat; nam puer, inquit, si morte auferendus erit, nonnisi post centum annos vite (illud enim est Hebraeis *filius centum annorum*) auferetur. Auferri autem in Ecclesiâ seu mori est ad Ecclesiâ damnari, non absolvi, non illi parere, vel illum ad penitentiam recipere; sed eum à coetu aliorum ut infamem et reprobum ejicere. Quare exponens quòd obscure dixerat, addit: ER PECCATOR, seu qui peccaverit, *filius centum annorum maledictus erit*, id est, non ante viliis habiturû prohibere afflicietur, et honore privabitur, quàm fuerit *filius centum annorum*, id est, in peccatis senuerit, et impudens ac contumax fuerit; ut nihil aliud hic locus commendat, quàm peccata quæ per ignorantiam aut fragilitatem committuntur faciliè condonari, et ferè nihil ex eis detrimuntur hominem accipere, non ignominiam, non damnationem in Ecclesiâ incurere, sed faciliè eum ad penitentiam admitti. Est autem, *calat in pie vilipendere, dehonestare, conviciari*; verbo maledicendi solet reddere Vulgatus. Exod. 22, et Levit. 20: *Qui patri suo aut matri suæ maledixerit, etc.* Idem autem sunt, non implere dies, mori, et maledici, seu vilipendi; esa verò centum annorum est inveteratum esse, et perfricta fronte. Possimus hæc quoque sic accipere: *Non erit ex novâ Jerusalem puer paucorum dierum*, id est, qui immaturâ ætate moriatur, neque senex qui non perveniat ad ætatem decrepitan; quandoquidem pueri non moriuntur, nisi postquam centesimum vitæ annum attingerint. Verum ne quis hæc ut sonant

acciperet, et etatem hominum adveniente Christo diuturniorem fore putaret quam antea, sed ea tantum de sapientia et morum gravitate dieta caperemus, addidit: *Et qui peccaverit, etiamsi sit filius centum annorum, et plurimos annos natus fuerit, tamen vilipendetur, neque ullum honorem habebit, neque felix iudicabitur: Cavi enim sunt sensus hominis, et etas senectutis vita immaculata.* Ergo nihil aliud hæc significant, quam sub Christo diuturnam hominum fore vitam, modò longitudinem vite ejus puritate metiaris, aliqui adeò à novà Jerusalem alienum erit peccatum, ut in quocumque homine reperitur, tantum aberit ut felicitati tribuatur, ut ob hoc ipsum infelix censeatur, etiamsi omnia alia ad votum succedant, et annos Mathusalem impleat. Hic sensus planus est, et nequaquam priori cedit. Quid si peccatorem appellet quasi per contemptum? Hic erit tunc sensus: Si quis in juvenili etate sit auferendus, non ante auferetur quam centum annos impleverit, et hujusmodi peccatorem omnes vilipendent qui centum tantum annos vixerit, q. d.: Nemo in regno Christi immaturè mortè auferetur; nam qui in puerili etate auferendus erit, centum annos natus auferetur, et hujusmodi tantquam peccator malè audiet quòd tam parùm vixerit. Meo quidem iudicio hæc expositio neutri ex superioribus cedit, et simplicissima est, et sequentibus quadrat que de diuturnitate vite loquuntur; que omnia figuratè accipienda sunt, nempe ut hanc vite longitudinem vitam gratiæ intelligamus, que non moritur, sed transfert de morte ad vitam. Que alii hie dicunt, apud ipsos videre poteris, et quam appositè, prudens lector, iudicabis, si prius advertas illud, quidquid hoc versu continetur, ad felicitatem pertinere debere, et nequaquam in malum esse accipiendum, si vim inferre textui prophete nolis. Quomodò autem hæc in Ecclesià vera sint, quis non videt? Omnia enim errata, tantum si puerorum essent errata, condonantur; neque ignominia afficiuntur nisi qui in peccatis consensescunt, et qui impudentia et nullo timore peccant. Isti non absolvuntur à sacerdotibus, isti excommunicationibus subjacent; cæterorum verò peccata, que ex fragilitate seu ignorantia contrahuntur, veluti peccata puerorum censentur, et condonantur. Digna profectò res, que oracula quoque sua multò antea haberet; quòd neque pueri neque senes etiam peccatis preventi non damnentur ab Ecclesià, nisi in suis peccatis velint inveterescere; tunc enim morte et probris digni tantum censebuntur. Atque ex hoc probat propheta, non audiendam in novà Jerusalem vocem fletus aut clamoris; vix enim inveteratos quisquam debeat; si dira patiatur impudens peccator, vix dolemus; si autem juvenis et qui ex fragilitate seu ignorantia peccans ad supplicium traheretur, vel ab Ecclesià ejiceretur, et infamis vitam duceret, non deesset justus dolor. Quare olim luctu erant omnia plena: immundi censebantur et viles mille homines singulis diebus, et ob unum tantum crimen ex fragilitate commissum portabat quisque statim peccatum suum. Si autem posteriores

expositiones sequaris, verissima etiam ea que dicuntur esse reperies; iudicio enim Christianorum juxta evangelicam institutionem iudicandum, ille tantum diu vixisse iudicatur qui sanècè vixit, neque felix censeatur cui prosperè succedunt omnia, sed qui justè vivit, etiamsi dira patiatur. Gratias ergo agamus Deo nostro pro tantis miserationibus.

VERS. 21, 22, 23, 24. — ET EDIFICABUNT DOMOS, etc. Alludit ad benedictiones que sunt in lege servantibus mandata Dei in his quatuor versibus; quòd fruentur suis laboribus, non autem hostes; quòd non devestabunt hostes vineta, oliveta, domos, sed hæc diuturna erunt; nam et ipsi diu vivent, veluti arbores, et pueros suos non abducat hostis, neque intrimet: sed sicut progerminationes arborum prope ipsas durant, et simul cum matribus stant, ita etiam soboles electorum, etc. Ratio istorum est, quòd sunt semen benedictorum Domini, seu semen benedictum. Ista enim omnia benedictis à Domino promittuntur, id est, legem suam servantibus; quòd si quidpiam adversi imminet, statim Deus illis adest. Per hæc autem temporaria spiritalia intellige, et felicitatem veram in omnium verorum honorum abundantia, que hostis non auferat, et multarum Ecclesiarum erectione, et filiorum spiritalium generatione. SECUNDUM DIES LIGNI. Arboris, id est, arborum; quercus, aut cedros et abietes intelligit, ex quibus ædificia solent construi. Nos Lusitani dicimus, *vivet, sicut lapides; Hebræi, sicut arbores*, pro vità longissimà. Arboribus verò potius comparantur electi propter pulchritudinem et germinationes, ut mox explicat. Fortè ad dies ligni vite fit allusio, quòd viverent ac si de ligno vite ederent; quòd etiam verum est: nam vita gratiæ vite æterna est, et domus quas in cælis ædificamus perpetuæ sunt, ut que non manu factæ sint, et fructus laborum nostrorum in æternum illis comedemus cum his quos in Evangelio generimus. Et hæc omnia ad felicitatem vite presentis faciunt, de quâ est sermo, etiamsi futura sint: scire enim illis esse domum æternam, etc., felicitatis nostræ non est pars minima. ER OPERA MANDUM EORUM INVETERABUNT ELECTI MEI. Sic in Vulgato legendum est, hoc est, durare facient et ad senium pervenire. IN CONTURBATIONE; behaals est celeritas, seu precipitantia; et hoc intelligit Vulgatus per conturbationem que celeritatem comitatur, præsertim si sit celeritas de quâ hic est sermo, nempe generationis, id est, si citò auferatur ante oculos proles. Quia verò generare ad precipitantiam obscurum valde erat, sensum alius verbis expressit.

VERS. 25. — LUPUS ET AGNUS. Hoc est quod in Evangelio dicitur: ECCE MITTO VOS SICUT AGNOS INTER LUPOS, ad feras et barbaras nationes; profecti quum evangelici eos ad mansuetudinem traduxerit, ut unum esse videantur, ac si fuissent semper unius generis seu regionis. PALEAS; theben est demansum, certa mensura constituta vel operis faciendi, vel cibi comedendi; quia verò paleas bobus dantur, Vulgatus paleas dixit. Sunt autem leones fere voracissime, et gentes, que ingluvici dedite erant, notat; per Evan-

gelium autem jejunare et abstinnisse dicitur, non nisi semel in die edere, non carnibus sexus feris vesci, et similia que per demansum intelligere oportet, veluti nolint hæretici nostri temporis, qui jejunium Evangelii dicunt esse temperantiam, ut Ecclesie auctoritatem infringant, et ipsi nunquam abstineant, neque temperantiam servant, in leones jam versi, qui demansum nolunt comedere cum armentis Dei. Certè una hæc vox jejuniorum tempora et delectus ciborum et certas leges commendat, que vel ex hæc intelligent pii Christiani non esse contra libertatem evangelicam, quòd à propheta inter felicia commendatur, et dum de cessatione veterum angustiarum sermonem faciebat; que enim ad infrenandas animorum passiones et sedandos affectus faciunt, tantum abest ut libertatem tollant, ut eam veram efficiant. Qui autem libertatem aliam Christianorum aurbus occidunt, sciunt se nomine Evangelii carnis libertatis esse propugnatores. ET SERPENTI PULVIS PANIS EIUS. Non dubito quin de hoste humani generis sit sermo, qui ablati ab ejus potestate hominibus quos in lupos et leones converterat, et quos depascebat, non ultra homines devoraret; sed tantum pro cibo habeat pulverem, quem ei Deus in cibum initio mundi dedit. Profectè ex hoc loco intelligimus illam serpentis ma-

CAPUT LXVI.

1. Hæc dicit Dominus: Cælum sedes mea, terra autem scabellum pedum meorum; que est ista domus, quam adificabitis mihi? et quis est iste locus quietis mee?

2. Omnia hæc manus mea fecit, et facta sunt universa ista, dicit Dominus. Ad quem autem respiciam, nisi ad pauperculum, et contritum spiritu, et tremens sermone meos?

3. Qui immolat bovem, quasi qui interficit virum; qui macat pecus, quasi qui excerebret canem; qui offert oblationem, quasi qui sanguinem suillum offert; qui recordatur thuris, quasi qui benedicit idolo. Hæc omnia elegerunt in visis suis, et in abominationibus suis anima eorum delectata est.

4. Unde et ego eligam illusiones eorum; et que timebant, adducam eis; quia vocavi, et non erant qui responderet; locus sum, et non audierunt; feceruntque malum in oculis meis, et que nolui elegerunt.

5. Audite verbum Domini, qui tremitis ad verbum ejus; dixerunt fratres vestri odientes vos, et abicientes propter nomen meum: Glorificetur Dominus, et videbimus in lætitiâ vestrà; ipsi autem confunderuntur.

6. Vox populi de civitate, vox de templo, vox Domini reddentis retributionem inimicis suis.

7. Antequam parturiret, peperit; antequam veniret partus ejus, peperit masculum.

8. Quis audivit unquam tale? et quis vidit huc simile? nunquid parturiret terra in die una? aut parturiret gens simul, quia parturivit et peperit Sion filios suos?

leditionem ad tempus Messie pertinere; antea enim homines devorabat; et sub Christo non nisi eos qui non homines censendi sunt, et qui sese scientes volentesque illi devorandos præbent, devorat. Nos nocentur, vel non malè agent, neque occidunt; vel non excident, seu funditis perent; et impersonaliter accipiuntur hujusmodi verba Hebræis, id est, non erit qui alteri nocentum inferat, non qui vitam auferat; regnabit charitas in Ecclesiâ et regno Christi. Hæc è ratione vera esse existimo, quia ingens est divinorum donorum copia, et magna fuit charitatis effusio per Spiritum sanctum qui Ecclesiæ datus est; quem qui non rejicit neminem concedit, et ab injuriis aliorum abstinat. His contristat, quòd qui ledit alterum, quive occidit, pertinet quidem ad regnum Christi et montem sanctum Domini et Ecclesiam propter fidem; sed tantum minus habet regni Christi quantum charitatem dereliquit ac læsi; illi enim perfectè de regno Christi sunt, qui ut fidem non deserunt, illi charitatem non violant, quâ certè re habetis regni præstat, in quibus nihil minus reliquis habent qui nocent et injusti sunt, imò sapius illi plus habent et feliciores iudicantur qui alio nocere possunt, dum volunt et id impunè faciunt.

CHAPITRE LXVI.

1. Voici ce que dit le Seigneur: Le ciel est mon trône, et la terre mon marche-pied; quelle maison me bâtiez-vous, et où me domerez-vous un lieu de repos?

2. C'est ma main qui a créé toutes ces choses; et elles sont toutes, parce que je les ai faites, dit le Seigneur. Sur qui jetterai-je les yeux, sinon sur le pauvre qui a le cœur brisé, et qui écoute mes paroles avec tremblement?

3. Celui qui immole un bœuf est comme celui qui tue un homme; celui qui sacrifie un agneau, ou un chevreau, est comme celui qui assommerait un chien; celui qui fait une oblation est comme celui qui offrirait le sang d'un porc; et celui qui se souvient de brûler de l'encens, est comme celui qui révérait une idole. Ils ont pris plaisir à toutes ces choses, et ils s'y sont accoutumés, et leur âme fait ses délices de ses abominations.

4. C'est pourquoi je prendrai aussi plaisir à me moquer d'eux, et je ferai venir sur eux ce qu'ils craignaient; car j'ai appelé, et personne ne m'a répondu; j'ai parlé, et ils ne m'ont point entendu; mais ils ont fait le mal devant mes yeux, et ils ont préféré ce que je ne voulais point.

5. Écoutez la parole du Seigneur, vous qui l'entendez avec tremblement; vous frères qui vous haïssez, et qui vous rejettent à cause de mon nom, vous ont dit: Que le Seigneur fasse paraître sa gloire en vous; et vous le reconnaîtrez dans votre délivrance et dans votre joie. Mais ils seront eux-mêmes convertis de confusion.

6. Voix d'un peuple, qui retient de la ville; voix qui vient du temple, voix du Seigneur, qui rend à ses ennemis ce qu'ils méritent.

7. Sion a enfanté avant d'être en travail; elle a mis au monde un enfant mille avant le temps de l'enfantement.

8. Qui a jamais entendu une telle chose, qui a jamais rien vu de semblable? La terre produit-elle son fruit en un seul jour? et tout un peuple est-il engendré en même temps? Et cependant Sion a été en travail, et elle a mis au monde ses enfants en un même temps.

9. Numquid ego qui alios parere facio, ipse non pariam? dicit Dominus; si ego qui generationem cæteris tribuo, sterilis ero? ait Dominus Deus tuus.

10. Letamini cum Jerusalem, et exultate in eâ, omnes qui diligitis eam; gaudete cum eâ gaudio, universi qui loquitis super eam;

11. Ut sugatis, et repleamini ab ubere consolationis ejus; ut murgatis, et deliciis affluatis ab omnimodâ gloriâ ejus.

12. Quia hæc dicit Dominus: Ecce ego declinabo super eam quasi fluvium pacis, et quasi torrentem inundantem gloriam gentium, quam sugatis; ad ubera portabimini, et super gena blandientur vobis.

13. Quomodo si cui mater blandiatur, ita ego consolabor vos, et in Jerusalem consolabimini.

14. Videbitis, et gaudet cor vestrum, et ossa vestra quasi herba germinabunt; et cognoscetur manus Domini servis ejus, et indignabitur inimicis suis.

15. Quia ecce Dominus in igne veniet, et quasi turbo quadrigæ ejus; reddere in indignatione furorem suum, et in interceptionem suam in flammâ ignis;

16. Quia in igne Dominus djudicabit, et in gladio suo ad omnem carnem, et multiplicabuntur interfecti à Domino.

17. Qui sanctificabantur, et mundos se putabant in hortis post janam intrinsecis, qui comedebant carnem suillam, et abominationem, et murem, simul consumentur, dicit Dominus.

18. Ego autem opera eorum et cogitationes eorum, venio ut congregem cum omnibus gentibus et linguis; et veniet, et videbitur gloriam meam.

19. Et ponam in eis signum, et mittam ex eis qui salvati fuerint, ad gentes in mare, in Africam, et Lydiam, tendentes sagittam: in Italiam et Græciam, ad insulas longè, ad eos qui non audierunt de me, et non viderunt gloriam meam; et annuntiabunt gloriam meam gentibus.

20. Et adducem omnes fratres vestros de cunctis gentibus donum Domino, in equis, et in quadrigis, et in leonicis, et in mulis et in carrocis, ad montem sanctum meum Jerusalem, dicit Dominus, quomodo si inferant filii Israel munus in vase mundo in domum Domini.

21. Et assumam ex eis in sacerdotes et levitas, dicit Dominus.

22. Quia sicut cæli novi et terra nova, quæ ego facio stare coram me, dicit Dominus: sic stabit semen vestrum, et nomen vestrum.

23. Et erit mensis ex mense, et sabbatum ex sabbato; veniet omnis caro ut adoret coram facie meâ, dicit Dominus.

24. Et egredientur, et videbunt cadavera virorum, qui prevaricati sunt in me: vermis eorum non morietur, et ignis eorum non extinguetur; et erunt usque ad satiæatem visionis omni carni.

VERS. 1. — HÆC DICIT DOMINUS, etc. Isaias populi vicem dolens et eorum causam agens, supra in oratione prope finem domum illam, in quâ Deum patres

9. Moi qui fais enfanter les autres, n'enfanterai-je point aussi moi-même? dit le Seigneur; moi qui donne aux autres la fécondité, demeurera-t-elle stérile? dit le Seigneur votre Dieu.

10. Réjouissez-vous avec Jérusalem, et soyez dans l'allégresse avec elle, vous tous qui l'aimez; joignez les sentiments de votre joie à la sienne, vous tous qui pleurez sur elle;

11. Afin que vous suciez et que vous tiriez de ses mamelles le lait de ses consolations, et que vous trouviez une abondance de délices dans la gloire qui l'environne de tous côtés.

12. Car voici ce que dit le Seigneur: Je vais faire couler sur elle comme un fleuve de paix; je répandrai sur elle la gloire des nations comme un torrent qui se déborde; vous suerez son lait; on vous portera à la mamelle, et on vous caressera sur les genoux.

13. Comme une mère caresse son enfant, ainsi je vous consolera, et vous trouverez votre paix dans Jérusalem.

14. Vous verrez ces choses, et votre cœur sera dans la joie; vos os mêmes reprendront une nouvelle vigueur, comme l'herbe sèche repousse de nouveau, et le Seigneur fera connaître sa puissance en faveur de ses serviteurs, et il répandra sa colère sur ses ennemis;

15. Car le Seigneur va paraître dans les feux, et son char viendra fondre comme la tempête, pour répandre son indignation et sa fureur, et pour exercer sa vengeance au milieu des flammes.

16. Le Seigneur viendra environné de feux, et armé de son glaive, pour juger toute chair; le nombre de ceux que le Seigneur tuera, se multipliera à l'infini.

17. Ceux qui croyaient se sanctifier et se rendre purs dans leurs jardins en fermant la porte sur eux, qui mangeaient de la chair de porc, des souris, et faisaient d'autres semblables abominations, périront tous ensemble, dit le Seigneur;

18. Mais pour moi, je viens pour recueillir leurs œuvres et leurs pensées, et pour les assembler avec tous les peuples de quelque pays et de quelque langue qu'ils puissent être; et ils paraîtront devant moi, et ils verront ma gloire.

19. Et j'éleverai un étendard parmi eux, et j'enverrai ceux d'entre eux qui auront été sauvés, vers les nations au-delà des mers, dans l'Afrique, dans la Lybie, dont les peuples sont armés de fleches, dans l'Italie, dans la Grèce, dans les îles les plus reculées, vers ceux qui n'ont jamais entendu parler de moi, et qui n'ont point vu ma gloire; et ils annonceront ma gloire aux gentils.

20. Et ils feront venir tous vos frères de toutes les nations, comme un présent pour le Seigneur; ils les feront venir sur des chevaux, sur des chars, sur des fidèles, sur des mulets et sur des chariots, à ma montagne sainte de Jérusalem, dit le Seigneur, comme lorsque les enfants d'Israël portent un présent au temple du Seigneur dans un vase pur.

21. Et j'en choisirai d'entre eux pour les faire prêtres et lévites, dit le Seigneur;

22. Car, comme les ciels nouveaux et la terre nouvelle que je vais créer subsisteront toujours devant moi, dit le Seigneur, ainsi votre nom et votre race subsistera éternellement.

23. Et de mois en mois, et de sabbat en sabbat, toute chair viendra se prosterner devant moi, et m'adorer, dit le Seigneur.

24. Et ils sortiront pour voir les corps morts de ceux qui ont violé ma loi. Leur ver ne mourra point, et leur feu ne s'éteindra jamais; et ils seront un objet d'horreur à tous les hommes qui les verront.

COMMENTARIUM.

laudaverant, exultam esse dicebat, veluti rem indignissimam, et quæ provocare posset ad misericordiam divinam bonitatem, ut iterum vellet redificari, etc.

His nunc respondere videtur Dominus. COELUM SEDES MEA, etc. Adeo, inquit, magnus sum, ut cum in celo sedeam, terram pro subsellio pedum habeam. Quid igitur adeo solliciti estis de domo meâ, ut ejus quoque curâ ego tangi debeam? Manifestum est autem hæc figuratè et pro capto humano dicta nihil aliud significare quàm se loci spatium non capi, et infinitè esse magnitudinis. QUÆ EST ISTA, etc., vel ubi est; nam 'N de loco interrogat, et si jungitur pronomini 'N optimè redditur per verbum substantivum, ubi est, ut Job. 29: Ubi hic locus intelligentiæ? et 1 Sam. 49: Ubi hæc domus Videntis? Ita hoc loco: Ubinam erit domus quam edificabitis? EDIFICABITIS. Ita est in Hebræo, id est, quæ edificare optatis, et de quâ redificandâ solliciti estis? QUES ISTE LOCUS; ubi est locus? REQUISITIONIS. In quo resideam, quiescam, etc. Nam sic vocabant templum Domini; Surge, Domine, in requiem tuam. Et ipse Dominus, cum de edificandâ domo ageretur, domum, ut in eâ habitaret, dicebat. Quamdiu verò res intelligebatur ut erat, videlicet quòd Dominus non caperetur illâ domo, sed propter homines voluisset habere locum ad quem venirent ut se precarentur, et in quo tantum sacrificia susciperet, ne quisque pro voluntate suâ cultum excogitaret et ad idololatricam relaberetur, tamdiu in illâ domo sibi complacuit. Vide orationem quam fudit Salomon in dedicatione templi, et hæc ita esse intelliges. At postquam Judæi eò insipientiæ devenerunt ut de Deo non digna sentirent, sed cum propter seipsum domo illâ gaudere arbitrari, omnino crederent eum se sibi veluti debitorem reddere, quòd quasi beneficium illi impenderetur, atque interim nullis non sceleribus immergerentur, putantes sat sibi esse templum Domini habere apud se, ut inquit Jeremias; cepit domum illam parvipendere, et cultum omnem nihili facere, tandem et odisse; ut ad cumulum malorum pervenientibus ejus cultoribus, templum et cultum omnem everterit, funditusque deleverit; nequaquam id fecit quamdiu pietas viguit, et recta de Deo sententia. Non ergo hic damari exteriorem cultum existimes, sed interiorem quoque exigi ac requiri.

VERS. 2. — OMNIA HÆC MANUS MEA, etc. Hæc omnia quæ cernitis, coelum, aerem, mare, terram, ego meâ potentia feci, et hæc omnia eadem meâ virtute consistunt, et erunt quamdiu fuerint: ita enim accipiendum puto illud futurum vaiheiu, et sunt, vel et erunt. Vulgatus pro præterito accepit, et facta sunt; quasi illud: Fecit, sit, præcepit ut fierent, ut sit idem cum Psalmo: Dixit, et facta sunt. Vel est pleonasmus Hebrais familiaris: Fecit, et facta sunt, id est, nemo averit, nemo impedit. Si igitur universa quæ videbantur Dei erant, meritò rogat, ubinam esset domus illa edificanda, an extra mundum? sin minus, quid ergo beneficii accipere ipsum putarent? DICIT DOMINUS, vel ut vertere cum Paulo consuevi: Fidei sermo Jehova, quasi rem magnam et acceptatione dignissimam dicere velit. AD QUEM AUTEM. Hebr., et ad quem; q. d., quid pluribus opus est verbis? quid à me expectandum est? ad quem respicere soleo?

aut ad quòd dignum est me respicere? ad domum lapideam? an ad animalium sanguinem qui in eâ funditur? numquid ad donaria hominum perditissimorum? minimè gentium. NISI AD PAUPERCLUX. Vulgatus sensum verit; in Hebræo tantum est responsio absoluta, ad pauperclux, vel ad inopem, id est, ope destitutum hominem. ET CONTRITUM SPIRITU; make, cæsum, percussum, sancium, id est, afflicto animo et macore affectum. ET TREMENTEM SERMONES MEOS, vel super sermonibus meis; id est, qui ne latum quidem unguem audeat à verbis meis declinare, et ita pavet aliquod Dei verbum præterire, ut pueri contremiscunt ad spectrum, et mundani ad nuntium vel signum amissionis honorum, vel etiam vitæ. Denique hæc auxei legis Dei observantem et amantem intelligit; non enim amittere timemus quæ ingenti amore complectimur. Si tales fuissent Judæi, ad eos respexisset Dominus, neque templum eorum evertisset. Vide vers. 5. At quia multò diversi ab istis, subdit propheta,

VERS. 5. — QUIMMOLAT BOVEM, etc. Viri sanguinem fundere gravissimum coram Deo crimen erat; at canis adeo immundum animal in lege judicabatur, ut neque pretium canis in domum Dei inferri liceret. De sue quid opus est dicere? Victimæ verò bovm, pecudum, et adolere incensum grata erant Deo; ab impiis verò manibus perinde erat bovem jugulare, ac si quis virum cœderet ad placandum Deum, etc. minuscæ quoque, que in lege erat oblatio ex farre, Deo non ingrata, sanguini sullo conferitur; incensi verò cromatio cum laude violentiæ; quâ nihil est putridius aut odiosius coram Deo. Qui fieri igitur poterat ut ad illa munera attenderet Deus, aut eorum preces exaudiret, aut domum in quâ istæ abominationes illi offerbantur non deleret? HÆC OMNIA ELEGERUNT, etc. Hebræum gam non erat omitendum; habet autem correctionis vim hoc loco, ut sæpè aliàs; q. d., quid immolationem bovis cum hominis jugulatione confero, etc., quasi verò illa omnia quibus eorum sacrificia comparo illi non perpetrent? Homicidæ planè sunt, et canes et sues immolant, et vim inferre aliis felicitatem ducunt; et iste universæ abominationes illis placent. De vocibus jam supra dictum est.

VERS. 4. — USQUE ET EGO ELIGO ILLISIONES EORUM, seu cogitationes; illi sibi in abominationibus placent, et illis rebus à quibus sciunt me abhorre. Idcirco ego etiam placebo mihi in illis rebus quas illi valde metuunt. Illas ipsorum cogitationes, id est, sollicitudines, curas, timores ego eligam, ut illis adducam ea à quibus illi abhorrent. Ità prorsus intelligendus est locus hic; quod statim explicat dicens: Et pavores eorum adducam eis, nemo timores amittendi regnum, etc., quos in consilio illo prouiderunt: Venient Romani, et tollent locum nostrum et gentem. QUIA VOCATI, etc. Concludit repetens quod supra dixerat capite superiori, vers. 12, eandem assignans causam captivitatis hominum et desolationis templi, nempe contemptum predicationis Evangelii et impotentiam; redit tamen statim ad consolationem paucorum elo-

corum ex Israele et eorum qui per eos crederentur.
VERS. 5. — **AUDITE VERBUM DOMINI**, etc. Propter scelera rejiciendis Israelitis hypocritas, et devastandum templum et locum, neque reddendum merito significaverat; iam cum electis ex Israele et novo populo, veris Israelitis, nova Jerusalem et res est. Et primis discipulis Judaëos alloquitur, ut eos adversus simplicios fratres Judaëos confirmet. Qui tremitis, etc. Hi enim tantum ex Israelitis electi sunt, rejectis contumacibus qui vocanti non responderunt, et ad expandentem manus non attenderunt, neque predicanti aures accommodarunt. Vos qui vocati secuti estis Dominum relicti omnibus, et quocumque pergebati cum sequeremini, ad quos Dominus respicit, quorum curam gessit, veluti mater filiorum, vestram pauperiem, vestram inopiam, vestrum morerem respiciens, fovens, relevans, et in divitiis, gaudium et gloriam committans; vos, discipuli Domini, in quos conjecit sepe ipse oculis de paupertate, de luctu, de mansuetudine multa diserebat, et vulgi opinionem rejecta hæc mundi bonis anteponeretis; vos, inquam, audite verbum Domini. **DIXERUNT FRATRES VESTRI**, qui vos oderunt, etc. Certè ad hunc locum alludit Dominus cum ait: *Beati eritis cum vos oderint homines, exprobraverint, et ejecerint nomen vestrum tanquam malum propter nomen meum*, etc. **ASPICIETES**, seu *removentes*, tanquam immundum et pollutum. Hanc prophetam prædicationem Dominus apud Joannem, cap. 16, pluribus verbis exponens, ait: *Abaque synagoga facient vos*, etc. **PROPTER NOMEN MEUM**. Hæc verba sunt verba Jehova Dei ipsius benedicti; qui ejicient discipulos propter nomen Jesu (juxta prophetiam istam); damnabant eos propter nomen Dei veri; Filius enim Dei Deus est, unus cum Patre. **GLORIFICETUR DOMINUS**. Qui non intellexerat Hebræam phrasim vertunt: *Gravis est Dominus*. Sed quorsum? Nonnulli Hebræi sic conjungunt: *Propter nomen meum glorificetur Dominus*; sed nihil ad rem. Certè istæ sunt voces infidelium Judaëorum adversus pios et in Christum credentes. Est itaque irrisio in his verbis, quæ et nos utimur quando aliorum aut spem inanem aut arrogantiam, quam sine causâ eos habere putamus, deridemus: *Laudetur Deus, qui vos ad hæc felices fecit*, id est, nihil minus estis quam felices; nihil est quod gratias agamus, etc. Sic isti, glorificetur Dominus, et videbimus in levitate vestra, *lababimur vestro bono; vestra felicitate: vobis congratulabimur, vos collaudabimus, cum ea quæ expectatis advenierint*. Irridebant enim discipulos Christi, præsertim cum sublatum in crucem vidissent eum in quem illi spes suam omnes collocaverant: *Laudetur Deus qui vos ad hæc felices fecit; cum principes fueritis in regio Messie, memineritis nostrâ; congaudebimus felicitate vestra*, etc. Possunt quoque hæc alter accipi, servata tamen ironiâ: *Glorificabitur Jehova*, id est, ille quem vos pro Deo colitis regnum obtinebit, et nos admirabimur felicitatem et gaudium vestrum, etc. Sed quid tandem erit? **ISTI AUTEM CONFUNDENTUR**. Isti tamen vestri inimici pudebunt, ut omnino idem sit

quod Dominus dicit: *Plorabitis et flebitis vos, mundus autem gaudet; sed tristitia vestra vertetur in gaudium, et gaudium vestrum nemo tollet à vobis*. Ex quo etiam sequebatur ut qui antea gaudebant et illos deridebant tanquam ab impostore deceptos, pudeficerent et contristarentur.

VERS. 6. — **VOX FORTI**. *Vulgatus tumultum seu strepitum pro tumultuante populo accepit; et rectè quidem*. Ista quæ ab infidelibus adversum vos factantur sunt voces tumultuantis populi Jerosolymitani. Prodeunt quoque ex templo; Pontifices et ministri templi hæc loquuntur; isti irident spes vestras, et iridentes dicunt *visaros se gloriam vestram et gaudium*; sed illa altera vox quæ dicit: *Ipsi pudefient*, est vox Domini retribuents retributionem inimicis. Non erubescetis vos, ut illi putant, sed ipsi qui vos derident, pudefient, cum viderint gaudium vestrum, etc. Hæc interpretatio valde germana est, et nodis caret. Vel certè hic est veluti initium orationis, quæ tamen cum superiori continua est. Dixerat enim deridendi discipulos Domini à fratribus ipsorum, sed quod tandem pudeficerent isti derisores. Ergo iam explicat quoniam pacto pudeficerent, dicens se audire vocem ex civitate et ex templo et audire se vocem Domini reddentis vindictam, etc., et vocem quidem ex civitate et ex templo explicat v. 7 et 8, vocem autem Domini v. 9.

VERS. 7. — **ANTEQUAM PARTURIRET**. Subitam gentium conversionem hæc significant, quam admirari potuit populus Jerosolymitanus, et ipsi Pontifices qui servos Dei deridebant. Antequam autem Jerusalem vastaretur, viventibusque adhuc illis qui Christum Dominum sustulerant, prædicatum est per discipulos Domini, veros Israelitas, qui derisus erant aliis, *Evangelium regni sub omni natione quæ sub celo est*, ut loquitur Paulus. **PARTUS RATUS; CABEL FUNDI** significat, et *dolorem* quoque, qui in modum *fauis* constringit, quales sunt parturientium dolores, de quibus hic loquitur. Idem enim repetitur in secundo membro quod in primo dixerat.

VERS. 8. — **QUIS AUDIVIT**, etc. Sensum *Vulgatus* rectè reddidit; ego hebraismum retinui, quod non esset obscuro. **NUMQUID PARIET TERRA?** *Vulgatus* hic sensum quoque reddere satis duxit; nam *hucal* est *profanari*, quando scilicet factu aliquo principio, à re aliquo detrahatur, aut res læditur. *Vulgatus* accepit pro *edere* seu *germinare fructus suos*; in partu enim seu progerminatione videtur esse quedam ruptio. Unde versus sequenti dicit Dominus *se facere ut fiant fracturæ*, id est, partus et progerminationes; non autem id fit nisi molorum diertum spatio; quod similitudo sequens confirmat, de gente quæ non uno actu seu impetu solet nasci; exponiturque similitudo, quod *Ston uno die et uno fere nixu edidit* quamplurimos filios. Quod hyperbolicè dictum est pro brevissimo tempore quo Evangelii præcones per orbem discurrentes, gentes in unam fidem et Ecclesiam veranque Sion congregarunt.

VERS. 9. — **NUMQUID EGO**, etc.; q. d.: *Desine mirari; nam ego Dens hujus generationis auctor sum*.

Quod si omnia meâ virtute partus suos edunt, et omnia quæ generant me auctore *rumpuntur* et aperiantur ad factus edentes, inesse mihi quoque virtutem generandi nemo ambigat. Significant autem hæc verba conversionem gentium; etsi per Apostolos fieret, auctorem tamen esse Deum, alios autem ministros tantum et *platanatos* aut *irrigatores*, ut inquit Paulus. **STERILIS ERO**. Sensum vertit; nam femina quæ sterilis sunt Hebræis *conclusæ* dicuntur. Hæc est vox Dei retribuents vindictam; nam vocatione gentium, ut prædixerat Moses, ingratiitudinem Judaëorum punivit; irritavi enim eos in eo qui non erat populus, et in gente stultâ. Illi subtrahendo se, Deum veluti sterilem reddebant; non enim supererat populus qui Deum agnosceret; hoc divina bonitas se pati non posse affirmat, quinimo tot se pro illis genituram filios, ut admirari faciat ipsos Judaëos, etc.

VERS. 10. — **LETAMINI**, etc. Quantum futurum esset verorum Israelitarum gaudium post conversionem gentium, hæc significant; nam sicut propter amorem sui generis, et multo magis propter Dei honorem continuum habebat in corde dolorem, adeo ut si fieri posset mille moribus allicerentur liberati à Christo, modo fratribus suis, cognatis suis secundum carnem prolesse possint; sic cum viderunt inserta trunco olive oleastra, et infinitos fratres ex lapidibus suscitatos ad Dei gloriam, non poterant non vehementer exultare, et Ecclesie Dei congratulari, quod pro amissis filiis integra regna et imperia simul peperissent. Qui diligitis eam. Horum est lætitia quorum fuerat tristitia ex amore quem erga Deum et Ecclesiam ejus gerebant. Illam autem hic intelligere oportet *Jerosolymam* non quæ diruta fuit, sed quæ filios Deo generabat, cujus qui amore teneatur, Deum diligere agnoscutur; Ecclesiam, inquam, Dei, matrem sanctorum patrum et nostram: amor hujus est amor gloriæ Dei, quæ in ipsâ residet, in quâ ipse cognoscitur et colitur.

VERS. 11. — **UT SUGATIS**. Tanquam ad filios loquitur, quos matres si flentes vident, uberibus applicitis consolari solent. **DELICIAS AFFLUENTIS**. Ego non melius potui vim verbi *hiteanag* exprimere, quod se ipsum *delicias affluentem reddere* significat, quam verbo *ingurgitandi*. **AB OMNIMODA GLORIA**. Quid sentiendum sit de voce *zin* nihil certi ex rabbinis habere poteris; neque enim sibi constant. Sunt qui *universitatem* significare dicunt, et esse à verbo *nasam*; unde pro universitate peccorum depascentium gramen putant accipi, Psal. 50 et 89, ubi nos *pulchritudo agri*, etc., quod quia verisimilius videbatur, *omnimoda gloriam* cum *Vulgato* dicere volui.

VERS. 12. — **ECCO EGO DECLINO**, vel *extendo*; rursus diffusis exponit gaudii materiam, quod omnia occupabit *pax* et omnimoda felicitas, sicut cum *inundant flumina* omnia vicina occupant ac replent. De his jam in superioribus dictum est: *c. Suges lac gentium, mamillâ regum lactaberis; erunt reges nutriti tui, & c.*

VERS. 15. — **IN JERUSALEM**. Extra Ecclesiam nulla à Deo promittitur consolatio; manifestumque quàm semper ejus expertes fuerint hæretici qui ab Ecclesiâ desciverunt, et quantis involvantur malis.

VERS. 14. — **QUASI HERBA**, etc. *Spiritus tristic* *excaciat ossa*, ut ait Sapiens; sic gaudium succo abundare facit; ideoque et *herbis ossa* gaudientium comparantur; et apud Paulum non uno loco videre licet, ad regnum Dei pertinere *Gaudium*. **COGNOSCETUR MANUS DOMINI** *SERVIS EJUS*, etc., *eth* interdum pro *cum*.

Tunc, inquit, *planam erit ac manifestum quod potentia et virtus Domini sit cum servis suis*; videlicet *trenentibus ad verba ejus*, illis quos superbi Pharisei et sacerdotes irridebant, quos conviciis impetebant, quorum spes ludibrio habebatur. Ubi totus orbis crucifixum pro Deo colere cœperit, tunc *cognoscetur esse manus et virtus Domini in servis Dei*. Quo enim pacto fieri poterat ut pauci homines, imbelles, imperiti, illiterati et ignobiles, tot gentes, tot regna, totque imperia pervaderent, commoverent et in suam opinionem pertraherent adeo brevi tempore, adigerentque gentes ut patrios deos abijcerent, et quem non vidissent, colerent ac timerent, nisi manus Dei omnipotentis cum ipsis fuisset? Quod si cum eis erat *manus Domini*, unde id, quæso, habuerunt? Cur non aliis Judaëis quæ in Jesum credentibus id contigit? Christus ergo Deo dilectus. Qui fieri verò poterat, ut Deo dilectus esset, qui se Deum faceret, nisi Deus esset? Ergo Christus Deus, qui in Apostolis loquebatur et virtutes operabatur, ut regnum Dei virtute magna et prodigijs inauditis fundaret ac promoverent. Hoc autem ubi innotescere cœpit, perdidit inimicos suos; per Romanos devastavit, perdidit homicidas, et civitatem succendit. Nam nolentibus ad nuptias venire Judaëis, missi servi Domini omnes quotquot invenerunt introduxerunt ad nuptias. Rex autem in illos qui ingrati fuerunt indignatus, *missis exercitibus suis perdidit illos, et civitatem eorum succendit*. Hoc enim est verbum *zaam* cum activè sumitur, *cum irâ*, seu *malè tractavit*, ut Malach. 1, et Num. 25.

VERS. 15. — **QUIA ECCO DOMINUS IN IGNE**. Sentit qui de futuro judicio hæc exponunt; quorum sententia non repugno; ausim tamen dicere posse de altero judicio intelligi et altero igni, de quo cap. 5 dictum est; nam sicut hoc ipso capite diximus, gentium conversionem esse confusionem et retributionem Judaëorum, quia gentes in labores eorum introierunt, etc., ita hoc loco cum dixisset, quod *manus Domini agnosceretur esse cum discipulis ejus, et malè acciperet inimicos suos*, videtur utramque alii verbis exponere. In igne. *Ignem venit Dominus mittere in terram, quem cupiebat vehementer accendi*; quem ignem qui non accipiebat et in sinu suo fovebat, reus alterius ignis lebat *inextinguibilis*; id quod supra dicebat, *emundandam Jerusalem spiritu judicii et spiritus ardoris*, id est, veluti vehementi vento et adrente. **QUASI TURBO QUADRIGÆ**, etc. Velocissimum ejus adventum notat; nam *turbo* priusquam adventurus outetur, adest, et obvia quæque deturbat et trahit;

cum vento igitur validissimè advenire dicitur et igne; curris verò meminit, ut cum exercitu adventare intelligatur. REDEBERE. Optimè hæc reddidit verbum *hischib*, ut etiam Genes. 50 : *Reddendo reddet nobis omne malum*, etc.; reddere verò *furorem* est ea quæ furor subministrat impendere; quod velut exponens ait : *Increpationem suam; ut reddat etiam increpationem*, id est, prout digni sunt increpet, cum *flammâ ignis*: quod versus sequenti exponam; aliam interim versionem apposui tantum ut videret prudens lector posse aliter neque ineptè Hebræa reddi; *nachab* enim est *efflare*, supra, cap. 40, 7 : *Spiritus Jehova flavit in illum*, Genes. 45, 41, de Abrahamo qui abigebat aves è sacrificio: et Ps. 147, 18 : *Efflat spiritum suum, et fluent aqua*, etc. Cum igne igitur venit Dominus ad efflandam in indignatione, seu ardore nasi sui, id est, venit naribus ignem emittens præ indignatione et furore; id quod alibi quoque Scriptura Deo tribuit. Quod exponens aliquantulum ait : *Et increpatione ejus in flammâ ignis*, id est, increpabit non verbis tantum, sed igne; de quo igne statim repetens ait :

VERS. 16. — *QUIA IN IGNE DOMINUS DUDICABIT*, etc. Hic *gladium* et *ignem* conjungit, et utrumque tribuit venienti ad iudicium Domino. Annon in Evangelio Luc. 12, Dominus ad hunc fortè locum aludens ait : *Ignem veni mittere in terram; et quid volo nisi ut accendantur? Putatis quia pacem veni dare ad terram? non, dico vobis, sed separationem.* Pro quo Matth. 10, dicitur : *Non veni pacem mittere, sed gladium.* Ergo Evangelium est *ignis*, vitalis quidem, cum ad Dei dilectionem inflammat, et zelum pro domo Dei et gloriâ ejus; pestilens autem est eis qui eo indurantur; ob quod et ab altero igne in pulverem comminuntur. Est item *gladius*, vite quidem eis quos à mundo et rebus perituris et, ut loquitur magnus Basilius, à *cognitione secundum carnem* separati; illis verò qui ab istis divisi et separati manent mundo dediti, est gladius mortis. Separantur itaque per Evangelii auditum alii ab aliis: ob quod in resurrectionem et ruinam multorum esse dicitur Christus, et in iudicium venisse, ut qui non videbant, eviderent, et qui videbant, cæci fierent: item: *Hoc est iudicium*, quia lux venit in mundum, et dilexerunt homines magis tenebras quam lucem. Hoc verò iudicium alterius illius postremi tota ratio et materia est. MULTIPLICABUNTUR INTERECCI, etc., seu *vulnerati*: quos enim non vivificavit Evangelium, dicitur interemisisse se vulnerasse, et in Evangelio dicitur *defecisse*, tanquam *petra scandali*; quamdiu quidem vivunt, *vulnerati* seu *contracti* dicuntur in Evangelio, eò quod *impegerunt se ceciderunt super petram scandali*, et reparari possunt; à super quos ipse *ceciderit*, quod fit in cuiusque morte, et Judæis in vastatione urbis accidit, *comminuantur*. Quare hic *sanctus* aut *vulneratos* pro *interfectis* aptè dicemus: nam et nomen juxta significationem verbi est, *violatus, profanatus*, sive maneat in vitâ, sive non, Jerem. 51 : *Et ingemiscet vulneratus*, etc. Ob magnam itaque cognitionem quam hæc duo Domini iudicia habent

possunt hæc de utroque iudicio interpretari; sed quæ sequuntur huic quam persequor expositioni magis favent.

VERS. 17. — *QUI SANCTIFICABANTUR*, etc. Vel *qui sanctificantur se: sanctificare* vero se ad hortos, aut *mandare*, juxta proprietatem hebraismi, est *proficisci ad hortos ut ibi sanctificentur et mundi fiant*; illud enim se conferebant ad cultum idolorum, quo existimabant se *sanctificari*. Post JANIAM INTRINSECTUS. Nunc omnes interpretes legunt : *Post unum*; quàm bellè autem interpretentur, apud eos videre est. Certè, Hieronymo teste, Symmachus et Theodotus bis legerunt *acar*; legunt enim, *alter post alterum in medio comedentium*, etc., quæ interpretatio magis mihi placet quàm omnes quas nunc afferunt veterici; et hanc sequi videtur Hieronymus, licet in versione septuaginta Interpretes secutus videatur, qui dixerunt, in *liminibus*; et putarem in Chaldaeo mendosè legi vocem *sia*, pro *sipha*, facilis enim mutatio est unius litteræ in alteram; sed de his aliorum esto iudicium. Certè, ut quod sentio, liberè dicam, nihil omnino mutandum puto, sed aliis motionibus legendam vocem *acar*, ut non sit præpositio, sed nomen, id est, *alienus*, seu *alius*. Quo nomine vocari fœditos deos nemo Hebræe lingue peritus inficiabitur, ut vertendum sit: *Alius unus, seu alienus quæpiam in medio*. Utuntur autem passim rectis pro ablativo absoluto. Latine dicendum esset, *alieno quæpiam in medio existente*, quasi colloco in medio aliquo idolo illi circumscelentes comedebant carnes *sullas, abominationem* (id est, triduanum jus), *murem*, etc. *Omnes*, inquit, *isti qui talia agunt*, id est, transgressores legis et infideles, *simul deficient*.

VERS. 18. — *EGO OPERA EORUM*, etc. Est aposiopesis seu *reticentia*; notè, *supp. vel video, vel notata habeo*, vel quid simile. VENIO, etc., q. d.: *Quia Judæi talia agunt, ego venio in mundum in iudicium, ut illis damnatis, gentibus innotescam; hæc enim gentium et linguarum congregatio illa congregatio est quæ in unitatem fidei facta est, quam suscipientes viderant Dei gloriam, et Christi filii ejus.*

VERS. 19. — *PONAM IN EIS SIGNUM*, etc. *Facto enim repente de celo sono vehementi, cecidit Spiritus sanctus super nonnullos Israelitas: quo signati sunt, tanquam amici et ministri Dei.* MITTAM EX EIS. Ex ipsis Israelitis mittam. QUI SALVATI FUERINT, *vel qui salvent, et evadere faciant, et auctores sint evasione*; convenit enim hoc loco ut activè accipiamus, nihilominus sensus quem expressit *Vulgatus* stare potest. AD GENTES TARSIS. Ita puto conjungenda hæc nomina, id est, gentes ad quas per mare magnum transitur; quæ mox exponuntur, nempe *Phul*, quod recitè *Vulgatus* pro *Africa* accepit; et in Commentariis ostendit quòd tota Africa à Lybiâ usque ad Mauritaniam regio *Phutensis* adhuc suo tempore vocaretur à fluvio Phul. Per *Hed* quoque *Lydos* intelligere oportet, sagittandi peritissimos; per quos quoque *Etruria* intelligitur Italia pars, quæ *Lydorum* est colonia. *Tubal* autem *Vulgatus* in textu *Italiam* dixit: sed, w

ipse in commentariis annotavit, *Hispania* rectè accipi potest, quam incolat *Tubal*, à quo conditum oppidum in Lusitaniâ dicitur quòd dicitur hodiè *Setubal*; per *Javan* verò *Iones* et *Græci* convenienter intelliguntur. Nominè autem *Græcia* comprehenditur bona Italia pars, quæ magna *Græcia* olim dicebatur. Tandem nomine *longinquarum insularum* reliquæ regiones ad quas ex Judæa per mare ibatur. Juvat autem hic annotare, eas regiones hic potissimum commemorari in quibus maximè viguit et diutius permansit Christiana religio. Per Apostolos itaque istæ omnes gentes congregatæ sunt, quæ non audierant auditum, id est, prædicationem de Deo, neque gloriam Dei agnovèrant, quam viderat frequenter populus Israel.

VERS. 20, 21. — *OMNES FRATRES VESTROS*. Putant Judæi de Israelitis secundum carnem esse sermonem; ignorant enim miseri mysterium, neque volunt intelligere quòd *fratres* dicuntur qui erant *præordinati ad vitam æternam* ex omnibus gentibus, qui erant verum Israelitarum fratres, quoniam filii erant promissionis. Ad quòd confirmandum nolo aliud adducere quàm quod sequenti habetur, nempe quòd *ex eis assumeret sacerdotes et Levitas?* Dicant Judæi, si Israelitæ erant secundum carnem, quid mirum si *ex eis acciperet sacerdotes et Levitas?* Cæterum per *equos* et cætera *vehicula* diversi generis quæ hic commemorat, nihil aliud significatur quàm quòd honorificè ad Ecclesiam perducerentur, delicateque tractarentur ab auctoribus seu ministris illius *evasionis*; quandoquidem non minùs ab illis diligebantur quàm à patribus filii; illos enim et parturiebant et educabant, ut pro quorum profectu et salute leve dicebant vitam profundere. DONUM DOMINO. De voce *minecrah* non semel diximus. Est autem hic allusio ad ipsius nominis etymologiam; verbum enim notat *scissim* et *cum pompâ deferre*, ut cum munera regibus deferantur, aut Deo: quare Apostolus *oblationem gentium mundam* optabat esse, ut hinc quoque intelligamus eos qui Christi fide imbuuntur, Deo donari, ut non perfectori eos catechizemus, id est, instruamus, sed ita ut Deo se deinceps vivere debere agnoscant. QVO XONO, SI, etc., id est: *Eâ religione et pompâ, eoque animorum letitia quâ vos Israelitæ soletis ad domum Domini deferre donaria vestra in vasis mundis*; quòd simpliciter accipi potest pro ipsis vasis in quibus deferunt donarium, vel pro ipsis deferentium corporibus, quæ *munda* esse oportebat oblationis tempore; quòd exigebat sacerdos à pueris Davidis, ut panes sacros edere possent; cui David promissit, quòd etsi in vitâ quâ futuri erant non deessent contaminandorum corporum occasiones, non tamen contaminarentur illo die, sed *dies ille sanctificaretur in vasis*.

VERS. 22. — *SICUT CÆLI NOVI*, etc. Additur in nomine *cæli* articulus, et nomine etiam adjectivo *novi*; propterea dixi in versione, *cæli illi novi, et terra illa nova*. Dixerat ex gentibus per Apostolos conversis accepturum se *sacerdotes et ministros* cultui Dei adictos; hoc ergo versus promittit perpetuitatem hujus

ministri, quòd quamdiu duraret novus orbis, id est, regnum Dei et Ecclesia, tamdiu duraret ministerium ministrorum ex gentibus assumptorum, in illisque durarent perpetua Petri et Pauli et aliorum Apostolorum nomina, qui gentes ad fidem vocârunt; stare enim *coram aliquo* iuxta Hebræorum consuetudinem et phrasim est servorum seu ministrorum. Deum. 10 : *Separavit tribum Levi, ut staret coram Jehova ad ministrandum ei.* I Sam 16 : *Cùm venisset David ad Saulem, stetit coram eo, pro cæsiti illi ministrando*, et mox : *Stet, obsecro, David coram me*; et sæpè aliàs.

VERS. 25. — *ET ERIT MENSIS EX MENSE*. Ego ad verbum reddidi, et verbum erit construi cum nomine *mensis*; sed absolute ponitur hoc sensu, *faturumque est ut de mense in mensem suum et de sabbato in sabbatum suum veniat omnis caro*, etc., id est, singulis quibusque mensibus et singulis sabbatis; non ut olim, ter in anno, etc., sed sæpissime omnes Christiani venient ad Dominum ad eum deprecandum. Nam præter quòd ubique terrarum me adorare poterunt, tamen tempore quoque ubique terrarum erunt, ad quæ omnes singulis septimanis et aliis festivitibus convenient ad supplicandum. Possimus hic *cadasci*, non pro *mense*, sed pro *kalendaris et festis qui initio mensium celebrantur*, accipere; nam illis potissimum diebus et sabbatis venire solebat ad audiendum verbum Dei, ut nihil aliud hic intelligamus quàm quòd singulis sabbatis et aliis festivitibus quæ certis mensibus celebrabantur venirent Christiani ante conspectum Dei, nimirum ad templa. Quod usus Ecclesiæ confirmat, in quâ mos est diebus dominicis et aliis festivitibus ad templa convenire. Si enim non de adventu in templa hic esset sermo, non opus erat dierum *sabbatorum et festivitatum* mentionem facere, neque verbo *veniendi* uti; nam orandi semper datur nobis locus et tempus. Neque enim, ut quidam volunt, de *mense in mensem et de sabbato in sabbatum* est *totis mensibus et totis septimanis*; tunc enim non *veniet* dicendum foret, sed *stabit*. Est autem phrasim quæ nos Lusitanii utimur, de *sabbado in sabbado*, id est, singulis sabbatis. Sive autem pro *festis*, sive pro *septimanâ* accipias, sensus stat, quòd sæpissime, et non tantum ter in anno venturi essent fideles ad adorandum Dominum. Unde in versione Septuaginta : *Veniet omnis caro ut adoret in Jerusalem Dominum*. Hic nonnulla exemplaria finem *facient* Isaiæ; sed alia etiam Hebræa unum adhuc versus habent, ex quo omnino legendus est cum *Vulgatâ* editione, ex quo sunt illa verba apud Marcum : *Vermis eorum: non moritur, et ignis non extinguitur*.

VERS. 24. — *ET EGREDIENTUR*, etc. Rectè hoc de egressu per considerationem accipiemus, quâ pii intelligent æternam mortem et æternam penam quam impij patientur; ut enim mortem significaret, *cadavera* dixit, et *vermes*; ut verò vitam omni morte acerbiorum et penam, *ignem* dixit *inextinguibilem*. Possimus et per *vermem* conscientia aculeos rectè accipere, qui nunquam cessabunt neque quietem

dabunt. Usus vero est verbo *egrediendi*, quia dixerat, quod *venturi essent ad montem Domini ex dispersione*, vers. 20, quod ubi factum fuerit, et nomina Deo dederat, et fide imbuti fuerant, intelligunt quam sanum consilium ceperint, ne cum impiis damnarentur, quorum mortem et supplicium per doctrinam in monte acceptam percipient, ac si ex conspectu regis egressi viderent eadem malefactorum, quam ipsi quoque habituri fuissent nisi ad regem precatum veniam venissent, atque ita in timore et gratiarum actione perpetuam vitam ducent. *IN SATIETATEM VISIONIS*. Quasi *derao* esset dicitio composita ex *di*, id est, *sufficiencia*, et *raah*, id est, *videre*; quod nonnulli quoque Hebraei existimant, secuti nimirum Thargum;

fastidium dicere possumus, seu abominationem. Vide Pagninum. Quod si quis istum *egressum* accipere velit pro exitu ab hoc convivio, ad quod vocatae sunt gentes in locum Iudaeorum, qui noluerunt venire ad nuptias, non repugno; exeuntes enim ex hac vita pii ut ad aliud convivium transeant, videbunt aeterna impiorum supplicia, qui noluerunt gustare cenam Domini. Det nobis omnibus rex iste, qui nos vocavit ex gentibus, ne etiam illis annumeremur qui sordidis induti vestibus ex convivio ejiciuntur ad eadem supplicia ad quae infideles Judaei; quinimo hinc egressi ex corporibus ad ipsius consortium transcamus. Amen.

CORNELII A LAPIDE JUBILUS EX MAGNIFICIS ISALAE ORACULIS,

Eorumque ordinata synopsis, quibus Ecclesiae redemptionem, gratiam, pacem, exultationem, victoriam, impietatis et impiorum excidium, haerismata Spiritus sancti, caelestium bonorum affluentiam, ac perennem felicitatem, et triumphum per Christum danda promittit.

CAP. 1. — Audite, caeli, et auribus percipe, terra, quoniam Dominus locutus est: Filios enutrivit et exaltavit; ipsi autem spreverunt me.

Cognovit bos possessorem suum, et asinus praesepe domini sui; Israel autem me non cognovit, et populus meus non intellexit.

Vae genti peccatrici, populo gravi iniquitate, semini nequam, filiis sceleratis.

Omne caput languidum, et omne cor morens. A plantâ pedis usque ad verticem non est in eo sanitas; vulnus, et livor, et plaga tumens.

Nisi Dominus exercituum reliquisset nobis semen, quasi Sodoma fuissetis, et quasi Gomorraha similes essemus.

Audite verbum Domini, principes Sodomorum, percipite auribus legem Domini nostri, populus Gomorrahae.

Lavamini, mundi estote, auferite malum cogitationum vestrarum ab oculis meis; si fuerint peccata vestra ut coquinum, quasi nix dealbabitur.

Si volueritis, et audieritis me, bona terrae comedetis: quod si nolueritis, et me ad iracundiam provocaveritis, gladius deorabit vos.

Quomodo facta est meretrix civitas fidelis, plena iudicii? Justitia habitavit in eâ, nunc autem homicidâe. Principes tui infideles, et socii furum, omnes diligunt munera, pupillo et viduae non iudicant.

Propter hoc ait Dominus, fortis Israel: Hec consolabor super hostibus meis, et vindicabor de inimicis meis; excoquam ad purum scorum tuam.

Et restituum iudices tuos ut fuerunt prius. Posthaec vocaberis civitas iusti. Sion in iudicio redimetur; et elevetur selestos et peccatores simul.

CAP. 2. — Et erit in novissimis diebus praeparatus mons domus Domini in vertice montium, et fluent ad eum omnes gentes, et dicent: Venite, ascendamus ad montem Domini, et ad domum Dei Jacob: quia de Sion exhibit lex, et verbum Domini de Ierusalem.

Conflabunt gladios suos in vomeres, et lanceas suas in falces; domus Jacob, venite; et ambulemus in lumine Domini.

Dies Domini super omnem superbum et excelsum. Et introibunt in speluncas petrarum, et in voragine terrae, à facie formidinis Domini, et à gloriâ maiestatis eius, cum surrexerit percutere terram.

Quiescite ergo ab homine, cuius spiritus in naribus eius est; quia excelsus reputatus est ipse.

CAP. 3. — Ecce enim dominator Dominus auferet à Judâ validum et fortem, omne robur panis et aquae, consiliarium et sapientem. Et dabo pueros principes eorum, et effeminati dominabuntur eis.

Provocaverunt oculos maiestatis eius; peccatum suum quasi Sodoma praedixerunt. Vae animae eorum, quia reddita sunt eis mala.

Dicite iusto, quoniam bene, quoniam fructum ad inventionem suarum comedit; popule meus, qui te beatum dicunt, ipsi te decipiunt.

Pro eo quod elevatae sunt filiae Sion, et ambulaverunt extento collo, et nubibus oculorum ibant et plau-

debant, decalrabit Dominus verticem filiarum Sion; et erit pro suavi odore factor, pro zonâ funiculari, pro fasciâ pectorali cilicium.

CAP. 4. — In illâ die erit germin Domini in magnificentiâ. Omnis qui relictus fuerit in Sion, sanctus vocabitur, omnis qui scriptus est in vita, cum abluerit Dominus sordes filiarum Sion in spiritu iudicii et ardoris.

CAP. 5. — Cantabo dilecto meo canticum patruelis mei. Vineae facta est dilecto meo in cornu filio olei. Et sepovit eam, et plantavit eam electam.

Nunc ergo, viri Juda, iudicate inter me et vineam meam.

Quid est quod debui ultra facere vineae meae? an quod expectavi ut faceret uvae, et fecit labruscae?

Auferam ergo sepem ejus, et erit in direptionem.

Vae qui conjungitis domum ad domum, et agrum agro copulatis; numquid habitabitis vos soli in medio terrae?

Vae qui consurgitis manè ad ebrietatem sectandam. Cithara, et lyra, et tibia, et vinum in conviviis vestris; et opus Domini non respiciatis.

Propterea dilatavit infernus animam suam, et aperuit os suum absque ullo termino.

Vae qui trahitis iniquitatem in funiculari vanitatis, et quasi vinculum plaustrum peccatum. Vae qui dicitis malum bonum, et bonum malum.

Vae qui sapientes estis in oculis vestris; vae qui potentes estis ad bibendum vinum, et viri fortes ad miscendam ebrietatem.

CAP. 6. — Vide Dominum sedentem super solium excelsum, et elevatum, et ea quae sub ipso erant replebant templum; Seraphim stabant super illud; sex alae uni, et sex alae alteri; duabus velabant faciem ejus, duabus velabant pedes ejus, et duabus volabant. Et clamabat alter ad alterum, et dicebat: Sanctus, sanctus, sanctus, Dominus Deus exercituum; plena est omnis terra gloria ejus.

Et dixi: Vae mihi quia tacui; quia vir pollutus labiis ego sum; et volavit ad me unus de Seraphim, et calculo tetigit os meum, et dixit: Ecce tetigit hoc labia tua; et auferetur iniquitas tua.

Et audivi vocem Domini dicentis: Quem mittam, et quis ibit nobis? et dixi: Ecce ego, mitte me.

Et dixit: Vade, et dicit populo huic: Exceca cor populi hujus, et aures ejus aggravatae; semen sanctum erit, quod steterit in eâ.

CAP. 7. — Dices ad Achaz: Noli timere à duabus caudis titonium fumigantium, Rasin regis Syriae, et filii Romeliae.

Ecce virgo concipiet et pariet filium, et vocabitur nomen ejus Emmanuel. Butyrum et mel comedet, et sciat reprobare malum, et eligere bonum.

Sibilabit Dominus muscae Aegypti, et api quae est in terrâ Assur; et rudet in novacula conductâ Assyriorum caput, et pilos pedum, et barbam universam.

CAP. 8. — Accessi ad prophetissam, et concepit et peperit filium. Et dixit Dominus ad me: Voca nomen ejus: Accelera spolia detrahere, festina praedari.

Quia antequam sciat puer vocare patrem suum et matrem, auferetur fortitudo Damasci, et spolia Samariae coram rege Assyriorum.

Dominum exercituum sanctificate, ipse pavor vester, et ipse terror vester, et erit vobis in sanctificationem; in lapidem autem offensionis, et in petram scandali domibus Israel, et habitantibus Ierusalem.

Ecce ego et pueri mei, quos dedit mihi Dominus in signum et portentum Israel.

Cum dixerint ad vos: Querite à pythonibus: Numquid non populus à Deo suo requiritur pro visis à mortuis? Ad legem magis et ad testimonium.

CAP. 9. — Populus qui habitabat in tenebris, vidit lucem magnam; habitantibus in regione umbræ mortis, lux orta est eis.

Parvulus enim natus est nobis, et filius datus est nobis: et factus est principatus super humerum ejus; et vocabitur nomen ejus admirabilis, consiliarius, Deus fortis, pater futuri saeculi, princeps pacis.

CAP. 10. — Vae qui condunt leges iniquas, ut opprimant pauperes, viduas et pupillos decipiant; quid faciatis in die visitationis et calamitatis de longè venientis?

Vae Assur, virga furoris mei; ad gentem fallacem mittam eum, et contra populum furoris mei mandabo illi.

Et erit, cum impleverit Dominus cuncta opera sua in monte Sion, visitabo super fructum magnifici regis Assur, et super gloriam altitudinis oculorum ejus.

Numquid gloriabitur securis contra eum qui secat in eâ? propter hoc mitet Dominus in pinguius ejus tenuitatem, et subitus gloriam ejus succensa aedebit quasi combustio ignis.

Si fuerit populus tuus Israel quasi arena maris, reliquiae convertentur ex eo. Consummatio abbreviata inundabit justitiam.

CAP. 11. — Et egredietur virga de radice Jesse, et flos de radice ejus ascendet.

Et requiescet super eum spiritus Domini, spiritus sapientiae et intellectus, spiritus consilii et fortitudinis, spiritus scientiae et pietatis.

Et replebit eum spiritus timoris Domini; non secundum visionem oculorum iudicabit, neque secundum auditum aurium arguet.

Sed iudicabit in justitiâ pauperes, et arguet in aequitate pro mansuetis terrae; et percutiet terram virgâ oris sui, et spiritu laborum suorum interficiet impium.

Et erit justitia cingulum lumborum ejus, et fides cinctorium renum ejus.

Habitabit lupus cum agno, et pardus cum hædo accubabit, vitulus et leo et ovis, simul morabuntur, et puer parvulus minabit eos.

In die illâ radix Jesse, qui stat in signum populo-rum, ipsum gentes deprecabuntur, et erit sepulcrum ejus gloriosum.

Et levabit signum in nationes, et congregabit profugos Israel, et dispersos Juda colliget à quatuor plagis terrae.